

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

A-C - Ettenheim-Münster 88

Richard, Jean

[S.l.], 1776

Amor

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)

en ipsius rationes. pag. 330. et seq.

Si quis hoc de re plures locos communes desiderat, poterit ea legere, quae C. Labata Soc. Jesu congregavit, qui ostendit, quam periculosa et tamen frequentissima sit ambitio; pauatorum, quae post se trahit, anormitatem; et ipsius remedium difficultatem; magnitudinem volitionum, et inutilitatem ipsius consiliorum. Tom. i. pag. 65. et seq.

BB: Lopes, Bartholomaeus, Manzj, p. hac de re etiam memorabilia protulere.

Amor

Amor Dei

Sermo primus.

Pro feria 2.
Paschatis.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur ad nos in via? Luc. 24.

124.

En Aud. prima apparitio à Christo Jesu Discipulis suis facta, quam Ecclesia statim post magnam ipsius resurrectionis solamnitatem nobis exponit. Afflicti super iis, quae raris in Jerusalem auiderant, in via moestum doloris ipsorum objectum, quin ipsum cognoscant, fit illis obviam, et mirati, quod ipsorum Magister peregrini personam indutus ab illis quaerat, quodnam tristitia, quae ipsorum vultui insidebat, argumentum esset: an ergo ignoras, respondent, quanta crudelitate tribus ab hinc diebus inter duos latrones, medius comi affixus fuerit Jesus Nazareus? Hinc Christus Jesus illis sacras Scripturas explicat et demonstrat, haec Christum pati oportuisse, ut in gloriam suam intraret: necnon cum tanta unitione et energia ipsis loquitur, ut corda sua illius amore incensa sentientes sibi mutuo dicant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur ad nos?

Haec verba data opera seligo, ut ex illis pia cuiusdam meditationis argumentum aliciam. Deus fugitivis Discipulis suis ultro se sistere dignatur; et ut ut gloria circumdatus sit, vult tamen sub passagrina specie iterato Magister ipsorum fieri. Et cur? ut scilicet illis reciprocam amorem inspirat, ut ipsorum animis vividus illius divini ignis, quem venit

mittere in terram, scintillas injiciat; verbo ut eorum exemplo nos ad sui amorem incitet.

Hi peregrinatores, ubi dilectum Magistrum suum cognoverunt, velut à se ipsis omnino diversi sunt effecti. Initis illum non cognoscabant, et modo viam relegendam summi momenti mysteriis imbuti. Tristes erant, et revestuntur summa consolatione perfusi. Brevi, frigidi et languidi, et modo se ita auctores sentiunt, ut inde ipsimet stupeant.

Nonne cor nostrum p

Isne vobis animus est Christiani? Deumne cognoscitis? Deumne diligitis? Diligere illum non potestis, nisi simul illum cognoscatis, et quo magis eum cognoscitis, eo magis ad ipsum diligendum vos obstrictos esse percipitis. Deus est ipsa veritas, igitur necesse est, ut ipsum cognoscatis; est ipsa bonitas, oportet ergo, ut ipsum diligatis. In maximum et essentiale munus vestrum. Ipse solus est primum principium vestrum, et ultimus finis; ad illum ergo solum omnes mentis vestrae cogitationes, omnesque cordis vestri motus referri debent.

Divisio. 125.

Hodiernum Evangelium geminam satis, ni fallor, nobis Status hominis in hac vita Sagentis exhibet imaginem. Anima et corpus sunt veluti duo peregrinatores in via constituti; hanc enim illorum ideam omnium Regum Sapientissimus nobis ob oculos ponit. Hi duo peregrinatores tristes sunt; heu quid praesens vita est aliud, nisi trititia et doloris Status? cum nihil in ea occurrat, quod sive menti, quae mera debilitas est, sive corpori, quod non nisi infirmitas et aegritudo est, Satisfacere valeat.

Part I. 125.

Horum peregrinatorum oculis velut velum obductum est. An non idem nobis accidit, qui nescimus, an in statu gratiae aut peccati simus, et quamdiu in mundo permaneremus, et quomodo inde egrediri, et quò post mortem perventuri simus? Equi-

Dem verum est, nobis esse mentem et iudicium, quae
 quae sunt velut duo oculi hominis naturalis. Va-
 rum est, quod moralia et fidem habeamus, quae
 sunt velut duo hominis Christiani oculi: at verò
 his oculis adeò Spiritum velum obductum est, ut
 nec Deum, nec gravissimas obligationes nostras
 cognoscamus. Ipse quidem nobiscum est per presen-
 tia sua immensitatem, per potentiae suae concurren-
 tia suae abundantiam, per verbi sui
 veritatem. Sed quamnam horum ideam habemus?

Emaus, quò hi peregrinatores iter faciebant, non
 nisi sexaginta stadiis à Jerusalem distabat: vita
 nostra rarò sexaginta annos excedit, quod separast,
 ob dolores, quibus vivimus, potius mortis, quam
 ob delicias, quibus fruimur, vita, refert imaginem.
 Non nisi sub vesperam hi peregrinatores Magistrum
 suum agnosunt: heu! vix non jam in occasum pra-
 cipiti vata, primum oculos nostros aperimus, quò Deum
 cognoscamus. Nihilominus quanta nobis obliga-
 tio primum istud principium ultimique finem
 nostrum cognoscendi?

127.

Nihil dubitemus, vel maxime nostra interest,
 illum sub hac qualitate cognoscere, ac scire, quòd
 in eo solo quietem nostram invenire valeamus. Ad
 hanc quietem naturali quodam instinctu omnes as-
 piramus; viator, quando via sua terminum attingit;
 architectus, ubi aedificium suum absolvit; naucla-
 mus, ubi post longam molestamque navigationem
 portum appulit.

Sed ubi hanc quietem inveniamus? In Creatore,
 an in creaturis? haec de re ab excellenti figura è
 Sauris libris petita feramus iudicium. Noè videns
 Diluvi aquas universam terram cooperire, per Ar-
 cae sua fenestram corvum et columbam emisit, ut
 nosse posset, num non alibi terra apparet. Am-
 ba aves haec ex Arca evolant; sed corvus, cum in ripis
 multa submersorum hominum cadaverat invenisset,
 eis adhesit, nec amplius in Arcam reversus est; at
 verò columba, cum non inveniret, in quo pedem

figeret, ad Arcam revolans, illam deus ingressa est.

Deus, cuius Noë typus est, nos in mundo velut in
sua Arca continet: in ea omnes à tempore ad aterni-
tatem trajicimus; in ea omnes super aquas fluctuamus,
qua peccatis cupiditatibusque nostris intumescere:
ex hac Arca corvum et columbam emittit, volo dicere,
peccatorem et justum, predestinatum et reprobatum,
per libertatem, quam ipsis reliquit id agendi, quod
voluerint. Quid agit corvus et reprobatus? se in mise-
ra cadavera injicit, in fluxa bona et voluptates, qui-
bus adheresit. Quid agit columba anima que predes-
tinata? cum nihil firmum ac tutum sibi videatur,
ad Deum, qui ipsius quies est, revertitur, et Arcam,
unde egressa fuerat, ~~revertitur~~ rursus ingreditur.

Corvus carnivore, voluptatibus tuis illigatus, sem-
per cum eis fluctuas, super hac vacillantia fulera
agitatus, à cupiditatibus tuis abreptus, continuas
tempestatum et annorum vicissitudini subiectus,
in quibus volut flos decidis et sicut foenum arescis;
quidnam apud te val. minima quietis indicium?

Beata columba, qua postquam volasti ac aliquan-
to temporis spatio super mundi aquas genuisti, in
Arcam, è qua fueras egressa, revertaris! O felix pre-
destinata anima, qua ubi animadvertisti, quod
in hoc mundo non nisi miseriarum et peccatorum
concentrationis reperitur, te in Dei sinum conjicis,
quem unice cognoscere et amare vis!

Quid est mundus? figura, qua preterit, inquit 128.
Apostolus; quod si non nisi figura est, tunc quies,
quam in eo quaeris, o peccator, non nisi simulata
et figurativa esse potest; et si non nisi figura est,
qua preterit, tuæ quies ad summum non nisi flu-
xa erit, adeoqua cum sis immortalis, nihil cadu-
cum et fluxum tua desideria valet explere.

Hic in terris nisi vicissitudo et desiderium occurrunt
~~non~~, proinde nihil est, quod hominis animum ex-
plere possit, nisi ille, apud quem nulla rerum vicissi-
tudo invenitur, et qui omnia ipsius desideria replere
potest. Hic in terris omnia entia vicissitudini sunt

obnoxia, illa solus non mutatur, à quo ipsa suam naturam auferant: et sicut mare unicum suis aquis in alveo suo consistit, quamvis omnia flumina in illud influant, sic etiam Deus semper idem est in sua essentia plenitudine, quamvis omnes creature ad illum ferantur: et sicut flumina in continuo sunt motu, donec in mare dilabuntur, haec creatura in continua sunt agitatione, donec ad Deum in ipso quietem inventura perveniant.

129.

Si ad illum sub hac idea cognoscendum animum intenderimus, magnam propensionem validaque incitamenta ad illum amandum experiemur. Si ipsum tanquam primum principium et ultimum finem nostrum contemplemur, eam illius notitiam nobis affirmabimus, quæ velut naturali quodam impulsu ad ipsius amorem adducemus. Enimvero cur tam miris ordinis et pulchritudine mundum hunc creavit? procul dubio, non ut ipsemet inde beator fieret, ut qui essentiali, et à suis creaturis nullatenus pendente, fruatur beatitudine.

Neque etiam propter Angelos hunc mundum creavit, cum enim sint miri Spiritus, non egent his materialibus bonis, quæ in ipso continentur. Minus adhuc illum propter bruta creavit, cum namque ratione sint destituta, nec ordinem illius, nec pulchritudinem cognoscere, nec proinde usque ad illum se evadere possunt, qui illa ex nihilo deo eduxit. Ad quid ergo mundum creavit? ut namque in eo hominem collocaret, atque ad sui cognitionem et amorem adduceret: illum scilicet cum ita miris ordinis et proportionis elementorum, quæ se ipsa conservant, temperatum, quæ sibi invicem succedunt, corporum celestium, quæ super capita nostra continuo aguntur in orbem, variarum animalium specierum, quæ se perpetuant, tanta plantarum multitudinis, tanta metallorum varietatis, non alio fine creavit, quam ut te o homo Deum illum agnosceres doceret; ut tibi diceret, esse quamdam Sapientiam, quæ hujus mundi economiam presidet, infinitam potentiam, quæ illius præparata

rum ordinem conservat, summam bonitatem, quae cum omnia gratia tui condiderit, utique digna est, quò tu ipsi primas et purissimas mentis tuae cogitationes tribuas, esse finem ultimum, ad quem totum te ipsum referre debes, si eam, quam cupis, quietem ac felicitatem invenire velis.

Olim procul à te recessi, ò mihi deus, quia nondum te noveram, agebat S. Augustinus; et in meo recessu eam, quam querebam, quietem non inveni: nec inter praclarissima amicorum consortia, nec inter splendida spectacula, nec inter exquisitissima convivia, nec inter dulcissimas voluptates eam inveni. Tu enim, quod ignorabam, solus omne bonum meum, omnis delectatio mea, omnis quies mea eras. Quod in te solo est querebam, quin tamen te noscerem, et inde erat, ut nihil eorum, quae querebam, invenirem; et dum extra te eram, etiam extra me eram; de voluptate in voluptatem gradiebar; possessio unius aviditatem alius excitabat; desiderium et fastidium, desiderium illius, quod non habebam, fastidium illius, quod habebam. In omnes misera anima mea motus, quae agitata et turbata hisce interdum se ipsam alloquebatur: aperi tandem oculos veritati, quae se tibi sistit, Deum tuum agnosce, ut illum ames, et ama illum, ut in eo quiescas.

Id statim vobis inquit dixi, nempe quòd Deum amare non possitis, nisi et illum cognoscatis, ad illam cognitionem, et cum illum cognoveritis, ad illum amandum vos obstrictos suatis: Rationem, quam haec de re affert S. Boucherius, acque ad pietatem cordi ingerendam, ac mentem convincendam est comparata. Id quippe discrimen inter cognitionem, quam de creaturis, et eam, quam de Deo habemus, quòd, quò magis illas cognoscimus, eò magis illarum miseriam, fragilitatem, infidelitatem et nihilum detegamus: cum à contrà, quò majores progressus in Dei cognitione facimus, eò magis ipsius perfectiones detegamus. Itaque, cum naturaliter nunquam quòd miserum, fragile et inconstans est, diligamus, hinc experientia, quam de creaturis habemus, nos ad earum contemptum aut odium inducit. Non ita cum Deo res se habet: omnia, quae in ipso et extra ipsum

* Daflucii à te in adolescentia mea à stabilitate vera..... quoniam mihi male est non solum contra me, sed in me ipso, et omnis copia, quae de te non est, egestas est. S. Aug. lib. confess.

130. CAROZ.

Quid si ignoras Deum, poteritne spes esse salutis cum Dei ignorantia? non potes amare, quem nescias, aut habere quem non amaris. Noveris proinde te ut Deum timeas, noveris ipsum, et agis ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero et consummatis, quia initium sapientiae est

timor Domini et
plenitudo Legis
est charitas. S.
Bern. Serm. 37.
in Cant.

* Ep. ad Valerian.

Sunt, ipsius natura et ipsius opera, ipsius attributa et varia eorundem munera nobis ad ad honorificam amplitudinem suorum ideam praebent, ut id ad non amare nobis valeret sit impossibile.

Imaginare tibi, inquit proclara S. Eucherius*, quidquid in mundo acceptius et iucundius est, quid quid ad tua explenda desideria, sibi que amorem tuum conciliandi aptius, id omne in Deo invenies. Si fastuosam illam amplitudinem, quae in splendore dignitate illis dignitatibus emirat, diligis; in Deo quare, quod coeca ambitione in saeculo quaeris; nihil ipso excellentius, nihil sublimius. Si te creaturarum pulchritudo delectat; vade ad ipsarum Creatorem velut ad illarum fontem, nulla ipsius pulchritudinem vel à longè aequat. Si illis, qui tibi benefecerunt, vis adherere; exquis tibi unquam tanta acilla, praestitit beneficia? Si desideras bonitatem, quae pura, et perfecta sit; Solus Deus ab omni imperfectione immunis tuum desiderium expleat potest. Si diligis aliquem, quia tibi fidelis est; nemo unquam adeo sincerus et fidelis, ac ipse, fuit. Si in quibusdam reperis nascio quos amplitudinis caracteres, qui te ad illorum observantiam et matrem impediunt; hos unice in Deo invenies, nihil quippe ipsius Majestate formidabilius, ipsius bonitate suavis et blandius. Haec S. Eucherius, nec aliter loqueremini S. M. Si, quid Deus sit, et quid, ut vos ad sui amorem impelleret, egerit, nossetis.

131.

Deus, inquit S. Gregorius Papa, mundum propter hominem, et hominem non nisi propter se creavit. Satis ipsi fuit ex omnibus mundi huius rebus solum habere hominem, ab homine cor, et ab hoc corde amorem exegit. Si hominem possidet, tunc et cor ipsius habet, si cor habet, tunc integrum hominem possidet.

132.

Amor est homini, ut ad Deum feratur, quod flamma levitas, lapidi gravitas, aqua fluiditas. flamma habet aliquid de levitate caeli, lapis de gravitate terrae, aqua de fluiditate maris; et haec

Levitare flamma factus in coelum, quod ipsius est
 Sphaera; hac gravitate lapis in terram, quae ipsius est
 centrum, Descendit; hac fluiditate aqua in mare,
 quod est ipsius terminus, Delabitur. In his omnibus
 invenitur quaedam affinitatis species; et ex his omni-
 bus sequitur, quod Deus, cum ipsemet sit charitas
 et amor, Deus amor et charitas est, eo quod, cum nos
 propter se considerit, ad ipsum ire non nisi per amo-
 rem possimus. O praeclarum argumentum! O validum
 incitamentum ad amandum Deum, qui tam tenera
 tam suaviter nos ad se trahit!

Sed quodnam novum amoris auctuarium, si ea ori- 133.
 mo revolvare valimus, quae pro nobis egit! quantos
 labores exantlaverit, quanta mala sustinuerit, quan-
 tas contradictiones pertulerit, ut nobis dicere possat:
 Si tantam amoris abundantiam te prosecutus sum, ego,
 qui te nullatenus indigebam aut indigeo; cur non me
 diligas? Tu qui sine me beatus esse non potes? Quanta
 charitate cum peccatoribus agit, ut pudore suffusi, et
 quodammodo ipsum odicendo fessi, tandem cum aman-
 di capiant consilium? quanta benignitate ipsos susti-
 nat? quanta sollicitudine ipsos quaerit? quanta pa-
 tiantiam ipsos exspectat? quanta teneritudine ipsos sus-
 cipit? An ovi erranti pedum impingit? an non eam
 sine ulla verborum asperitate in caulam portat? Fili
 prodige ut ut dissolutam vitam duxeris, ipse primus
 te amplectatur, lacrymis suis oculos tuos irrigat, tibi
 pacis osculum figit, prioris status tui vestibula te in-
 ducit, mensa sua assidere iubet, ad quam amicos suos
 convocat, ut cum ipso de tuo reditu loquantur.

Si figura nimis adhuc imperfectae amoris illius,
 quo Deus nos prosequitur. Si peccamus, nos tolerat;
 si nos poenitet, ignoscit; si ad ipsum revertimur, nos
 suscipit; si ad ipsum redire differimus, nos vocat; si qua-
 bis vires desint, nos roborat. An post haec ab ipsius amo-
 re nos eximare poterimus?

Verum quam suaviter et blande cum eis agit, qui
 ipsi sunt fideles! et quanta benignitate ipsos in labo-
 riosa peregrinatione ad ultimum suum ducit finem!

quàm pura sunt faces illae, quibus ipsis praevalent! quàm teneri motus, quibus illos afficit! quàm efficaces gratiae, quibus illos sustentat! In quovunque Deum statu sint hi justi, semper ipse cum illis est, utilitatibus ipsorum prospiciens, ipsorum dolores ac convulsus quasi suos reputans, eorum offensa, quin vel unum depercat, affertans, ipsorum capillos, quin ullus de illorum capite sine ipsius iussu cadat, numerans; mandans Angelis suis, ut eos in omnibus viis custodiant, et velut his beatis Spiritibus haud satis fideret, illos ipse emat sub umbra alarum protegens; portans eos in sinu suo majori tenacitate, quàm mater infantem, quem mamillarum suarum lacte nutrit; voluptatem reputans oculos in eos semper apertos, aures ad eorum preces semper attentas, cor ad ipsorum solatium semper intentum habere; nihil, nisi quod rationi sit consentaneum ipsis praecipiens, nihil, nisi quod sit possibile ab eis exigens; ad nulla humilia et laboriosa exortitio ipsos impellens, nisi simul ipsis copiosam et aeternam mercedem promittat.

Ô mi Deus, qui in tuo amore adeò liberalis es et magnificus, quis te satis amare valeat? Quamvis ea, quae pro nobis egisti, non facisses; quamvis ea, quae pro nobis sustinuisti, non petulisses; an non unicum tantum esse, totum mentium nostrorum homagium, et totum cordium nostrorum sacrificium mereatur? Omnes creaturas, quae de manibus tuis sunt egressae, ad finem, in quem eas condidisti, sine dilatione et repugnantia tendunt: Solina ergo nos erimus, qui illuc cum lantitudine et velut quadam coactionis specie tendamus? Ergone misera quadam et fragiles formositates nos morabuntur? formositates, inquam, quae tibi comparata adhuc viliores sunt quàm liqui putridi fulgor respectu luminis, et gutta rosis respectu totius Oceani? In coelo Angeli in aeternum amore tui flagrabunt Ô summa pulchritudo, Ô aeterna et infinita bonitas! et nos, qui propter te, aequè ac hi Angeli creati sumus, ad te ire, te possidere, te cognoscere, te amare nunquam festinabimus?

Ô enormem humani cordis malignitatem! usquequo

Deo obnunciabis, qui pro tot et tantis gratiis, non nisi amo-
rem tui à te exposcit? O Duri et ingrati homines
mortales! quid tam dulce in vestris est sensibus, ut ipsis
satisficiatis? quid adeò tene sum in vestris est cupidi-
tatibus, ut illis morem geratis? quid ita illis obsequium
in creaturis, ut iis serviat? Dum propriam felicitate-
tem negligentes, nihil minus quam Deo servire, et ip-
sum amare cogitatis, nihil aestimantes id, quod ipse
habet, ipse, qui immortalis gloria fruitur; nec id, quod
est, ipse, qui est aeterna pulchritudo; nec id, quod vult,
ipse, qui vult vos salvare, nec denique id, quod potest,
ipse qui potest vos damnare?

Nimis magna tibi fit injuria, O mi Deus, non te
amare potuit amari desideras, nimis magna tibi fit
injustitia, non tibi spontè dare, quod tam generosè
nobis concessisti; mentem pro mente, cor pro corde,
amorem pro amore.

Quidquid obnuncient cupiditates meae, te solum
cogitabo, tibi soli adhaerebo, pro te solo vivam. Ro-
bora Domine haec pia, quae mihi inspirasti, animi
mei sensa; praebe mihi amorem castum, qui volunta-
tem meam purificet; amorem fortem, qui imbecilli-
tatem meam sustineat; amorem constantem, qui
libertatem meam figat; amorem aeternum, qui jam
in hac vita lumen exordium, sine interruptione et
fine in altera subsistat.

De Amore Dei

Sermo Secundus.

Si ad amandum Deum dicere sufficeret, quod
ipsum amemus, vel si ad hujus divini amoris inte-
gritatem sufficeret, si quaedam suspiria duceremus,
quandamve lacrymas funderemus, cum haec ad amo-
rem propendentia verba, hique teneritudinis motus
saepe apud dissolutissimos et sceleratissimos invenian-
tur, dici posset, inter omnia legis praecepta vix
unum esse, quod fidelius servaretur, ac amoris Dei prae-
ceptum.

At verò amor Dei non tam arctis limitibus est cir-

servies. Matth. 4

135.

Propria Do-
minica Qua-
dragesima

conscribitur. Innum vero amare est tota mentis exten-
sione eidem adhaerere, cum firmitate et constantia ad-
versus subtilissimas etiam tentationes, quae tam ur-
genti et gravi obligationi contrariae sunt, dimicare;
verbo, summum istud bonum universim et absolute
omnibus rebus praeferre.

Tres interim huic appetitativo amori adversan-
tur tentationes; nempe tentatio necessitatis, ten-
tatio cupiditatis, et tentatio impunitatis. Tentatio
necessitatis nos premit; tentatio cupiditatis nobis
adulatur; tentatio impunitatis nos audaces effi-
cit. Seducitor Spiritus haece tribus tentationibus
frustra Christum Jesum adortus est; tibi enim eo-
dem momento respondit: Scriptum est, Dominum
Deum tuum adorabis, et illi soli servies.

Divisio.

Quandoquidem ad istud excellens exemplar
omnes nos ipsos efformare tenemur, ab hoc divi-
no Magistro discamus, quod, ut vere Deum ama-
mus, oporteat illum praeferre 1^o omni necessi-
tatis praetextui, 2^o omni cupiditatis illecebrae,
3^o omni impunitatis tentationi.

Part I. 137.

~~Deo servire non possumus, nisi simul ipsum
amemus, nec eum amare non possumus, nisi
simul illi serviamus,~~

Deo servire non possumus, nisi simul ipsum
amemus, nec eum amare non possumus, nisi
simul illi serviamus, qui duo haec à se invicem se-
parare nitentur, profecto in errorem omnium per-
niciosissimum laboratur. Atqui solius amoris ap-
petitativi est, haec in parte officia creaturae erga
Deum suum implere, ita ut vere eidem servire non
valeat, nisi illum non obstantibus omnibus tenta-
tionibus et necessitatis praetextibus diligat.

Ex hac necessitate Daemon occasionem sumit
Jesum Christum tentandi; et hanc ipsam quotidie
adhibet, ut nos ad peccatum inducat, sicque in
nobis amorem, quo Deum prosequi tenemur, destru-
at. En lapides, inquit ad Jesum Christum, si filius
Dei es, dic, ut panes fiant. Insolens tentatio, qua
innumeros Christianos adortus! Agitur de vita

Tua, posses minus fideliter Deo Serviendo miseriam tuam
 eluctari: Eue lapides, sic, ut panes fiant.

At si Damon necessitate, qua possumuntur, velut ap-
 to ad eos corrumpebros modo utitur, id, quod ipsi Chris-
 tus Jesus respondit, eos minus in modum officii sui
 admonet, clarè que innuit, nullam esse necessita-
 tem, qua aequi pretextus loco venire possit, quò vel
 minimum ab amore Dei separentur. Scriptum est,
En lex aeterna et immota, Dominum Deum tuum ado-
rabis, et ibi soli servies.

Ita aequidem, inquit aliquis: verum illi fideliter ser-
 viendo semper infelix ero, et ubi minus fidelitatis
 erga illum habuero, miseriam eluctari valebo. Error
 si: M: error; ^{quod} Ecce namque tria maximi momenti ar-
 gumenta, ad ^{quod} Deo attendatis valim. Sapè necessita-
 tes vestrae, non sunt, nisi necessitates imaginariae;
 primum argumentum. Quamvis essent verae neces-
 sitates, vestra erga Deum infidelitas, plerumque ab
 eis vos non liberaret; secundum argumentum. Quam-
 vis etiam haec infidelitas ab eis vos liberaret, tamen
 obligationi, quã Deum amare atque omnibus aliis
 rebus posthabitis, ibi servire tenemini, vestra eti-
 am urgentissima necessitates cedere deberent; ter-
 tium et ultimum argumentum.

Ita sane, necessitates, quas excusationis loco ob-
 tendimus, plerumque non sunt, nisi imaginariae ne-
 cessitates. Si cupiditates nostras cohibuerimus, justisque
 limitibus coartaverimus, haec praetensa necessita-
 tes finem habebunt, inquit S. Augustinus. Quae,
 e.g. necessitas adeo magnificis indui vestibus? ad
 modestiam Evangelicam vos redigite, et haec necessitas
 non amplius subsistet. Quae necessitas superfluos
 sumtus illos facere, tantam pecuniam vim in ludum
 conferre? an ideo populos depraedari, et enormibus
 unis integras familias opprimere, necesse est? Quae ne-
 cessitas carni intemperanti et rebeli ad blandiri;
 vultum habere vividum ac floridum; sibi tranquillo-
 rem et dulcissimam somnum conciliare? oportet ne
 propterea sacras quadragesimae Leges infringere?

Has domata cupiditates, et hæc necessitates mox cessabunt. Tunc finientur istæ necessitates, quando vincuntur istæ cupiditates. S. Aug.

q Joseph

Utrò etiam concesserim, has necessitates urgentes ac veras esse; an ergo vestra erga Deum infidelitas vos ab iis liberabis: Quid causæ obtendere non poterat infami Dominae suæ cupiditati consensum præbendi, ne contenta mulieris vindictam inuenerat? Quid causæ non habebat David Saulem à medio tollendi, ne amplius ab ipso persecutionem sustinere cogeretur? Sed quia ambo justi erant, an non experti sunt, quòd Deus, ut illos, qui cum diligunt, ex periculis liberet, alia adhibeat media, quàm simulatam et fictam necessitatem vel minimum committendi peccatum? Gamite, orate, expectate, et vobis subuenietur.

Expecto, dices mihi, et tamen nullum mihi obvenit auxilium. Expecto, oro, sed nisi peccatum hoc commisero, nunquam miseriam ad quam reductus sum, elutabor. Ah! Fr: M: quis vobis dixit, peccatum vestrum vobis ad vota capsum? An non totus mundus plenus est ambitiosis, quos consilia sua spèrque fallerunt; miseris litigatoribus, quibus captiosa litium ars malè cessit; usurariis, quos propria usura ad inicitas redegerunt; Mercatoribus, qui ob malam suam fidem omnem existimationem perdidierunt; Sacerdotibus legum severitate punitis? An ista non sufficiunt, quò fictum hunc necessitatis pretextum à vobis auferant? Pauperes estis, et divites fieri vultis; contentui habemini, et in clarissima luce versari cupitis; hoc est velle lapides in panem mutare; Sed an hæc ex sententia succident? Suntne facultates, quæ ditant? quin potius, ubi quis iis abundat, se plerumque pauperem arbitratur. Suntne dignitates, quæ venerationem et observantiam inspirant? at quàm sæpe vituperium conciliant iis, qui illas possident. Suntne voluptates, quæ verè satisfaciunt? Docet nos experientia, illas esse innumerarum inquietudinum et molestiarum fontes. Ergone post hæc fas vobis erit, ut necessaria obligationi, quam habetis Deum amandi ipsique servandi, fictum hunc pretextum præponatis?

Verum etsi concederem, quod peccatum vestrum ab
 hac vel vera vel protensa necessitate vos liberatum
 esset, tamen contendo, quod amor, quem à vobis Deus exigit,
 omnibus vobis proponi debeat: Scriptum est, illi soli servi-
es. Scriptum non est, prout advertit S. Gregorius, ut divi-
 tas sitis, sed ut Dei voluntas fiat. Scriptum non est, ut ho-
 noribus cumulemini, sed ut Sanctum nomen eius sit bene-
dictum. Scriptum non est, ut iniquis rationibus vos ab
 infamia et miseria vestra liberetis, sed ut credatis nihil
 adeo infama et miserum esse, ipsum non amare. Soli Deo
servies; haec summa rerum, ad ^{quam} cetera omnia referri
 debent.

Neque mihi dicatis hoc durum esse; nam quaero à vobis,
 an, cum de Principis vestri obsequio agitur, quidquam durum
 vobis videatur, vos, qui cum honore prosequimini et diligitis?
 Nonne pro ipso, ultro facultates, filios vitamque vestram
 profunditis? Sane ipsius gratia nulla necessitas vobis pro-
 textus loco venit: à contra vos vitam indignos arbitramini,
 si, cum de incedendo praebio ageretur, ab eo vos eximeretis,
 sub praetextu vitam in familia vestra commodum ulterius
 conservandi; et Deo, qui Supremus Princeps vester, Creator,
 Benefactor, et omnia vestra est, vobisne facit, cum de for-
 tuna vestra et quiete agatur, ipsi displicere?

Neque enim mihi respondeatis, id facile dictu esse ho-
 mini, qui veris et magnis necessitatibus non premitur: tum
 animà vobis quaero, num huiusmodi exemplum vobis pra-
 buerint, tot Confessores et Martyres, qui quidquid
 charissimum habebant, amoris Dei spontè devoverunt?
 cum amici eos invisabant, ut eos in suo exilio consolaren-
 tur, vel eis in carceribus ad patiendum animum adderent,
 an illos, qui ipsis amicam hanc navabant operam, hisce
 alloquebantur, hoc vobis est facile dictu? quin è contra
 nonne laudabant Dominum, quod ipsis has praebaret oc-
 casiones? non illis rependebant grates, à quibus adeo sa-
 lutaria monita recipiebant? nonne pro persecutoribus
 suis et carnificibus etiamnum Deum deprecabantur,

Non sumus Martyres, dicitis; id equidem fateor, sed, mi-
 noribus impensis eorum vobis offertur. Martyres non estis,

Sed tamen sicut illi Christiani esse debatis: iisdem probationibus expositi non estis, sed Baptismus, quem suscepistis, ob internas cordium vestrorum affectiones iisdem vos obligationibus obstringit, ita, ut si Providentia divina idem à vobis sacrificium exigeret, ipsam vos amare non possietis gloriari, nisi vobis eadem ac illis esset voluntas eisdem generationem omnia immolandi.

Ne dubitetis Fr. M. Si amor Dei nondum efficere valuit, ut vos adversus omnem necessitatis pretextum obfirmare possit, non solum illo perfectionis et consummatae charitatis gradu, quem magni hi Sancti habuere, Deum non amatis, sed nec etiam iuxta mensuram à Legge definitam, qua vos eum diligere jubet ex tota mente vestra, ex toto corde vestro, et ex totis viribus vestris. oportet illum omni necessitatis pretextui praepone, primum munus: oportet illum etiam omni cupiditatis illacabrae praeferre, secundum munus.

Part 2. 140.

Voluptatis et gloria tentatio non minus est periculosa, quam tentatio necessitatis; tot modis ad blanditur homini, tantisque illacbris illum allicit, ut plures inveniuntur, qui ex mundana cupiditatis injuriam motibus amori Dei renuntiant, quam qui in tormentis illum negaverunt, inquit Tertullianus.

Quod Satanas Jem Christo dixit: Hae omnia Regna tibi dabo, si cadens in terram adoraveris me, mirum in modum humanas mentes afficit. Ad que non impellit cupiditas? per eam justitia fit venalis, pudicitia tentatur, fides violatur, religio contemnitur, mores depravantur. Hae omnia tibi dabo, ait Satanas, ut vos ab obsequio et amore Dei abducat. Tibi dabo; verum quid vobis dare potest? Ut Dominus loquitur; sed qualis Dominus? potestne praeter Dei voluntatem, vel de minima re statuere?

Non timete, ne ea, qua possidetis, vobis auferat, ne aetiam putetis, quod ea, qua non habetis, vobis largiatur. Si quaedam vos premit calamitas, non ille eidem Suprema quadam auctoritate vos subiecit, solummodo divina justitia instrumentum est, et, ut cum S-Scriptura loquar, afflictiones hae sunt vasa irae Dei, et non Satanae. Si in prosperitate estis, non eam vobis confert hic tene-

horum spiritus, sed à Domino Deo illam accipitis.

Verum quamvis potestatem haberat vobis haec bona et voluptates, quibus vos demulcet, tribuendi, contendo tamen, quod amor, quo Deum prosequi tenemini, vos supra omnem cupiditatis, illacubram evahere debeat. Nihil huic divino amori ita contrarium est, quam funesta haec cupiditas, faciliusquæ lucem et tenebras, diem et noctem inter sese conciliaveritis, quam in eodem corde implacabiles hos inimicos cupiditatem scilicet et charitatem collocaveritis. Mira hæc supponit S. Augustinus*, "Si Deus, inquit, ut te probaret, hæc ad te loqueretur: age, quod lubuerit, iis omnibus, quæ super terram diligis, fruere; omnia perde, quæ perdere vis; eos extermina, quos exterminare vis; raptè, quod rapere vis; nemo tibi resistat, aut gestorum tuorum rationem à te exspectat; omnia bona, omnes voluptates, quæ cupiditatem tuam demulcere possunt, tibi sint concessa; longæ et felix vita tibi horum omnium possessionem promittat;

Si Deus, inquit laudatus S. Pater, hæc omnia præstare commoda optioni tuæ permitteret eâ solummodo conditione, ut nunquam eum videres; si te in ea vicissitudine omnibus bonis istis fruendi relinqueret, ut tamen illum, qui summum bonum est, nunquam possideres, quis tibi foret animi sensus, et quidnam ageres? Omnibus rebus abundabis, faciem tantum meam non videbis. Si verò illum

diligeres, tum exclamares: priva me Domine his omnibus bonis, et te fruendi gratiam concede. Percant bona et voluptates illæ, quas privatione illius, quod mihi charissimum est, emerem: quidquid mihi proponatur, nunquam à te me separabo ò mi Deus. Maledicta cupiditas, te detestor.

Sub uniuscuiusque demum mercedis obtentu mihi adblandiari, sola mea merces, ea est, quam à Deo exspecto, ipsi servire, ipsum diligere unica voluptas mea est.

Diserte hæc conscientiam tuam, ait idem S. Augustinus*, "noli superficiem compalpare, Descende in te, pene-

tra interiora cordis tui, rimare diligenter, utrum nulla tibi vena venenata tabificum amorem sæculi sugat et cor-

beat? utrum nullis carnalium voluptatum illecebris captus, nullo humani fastigii amore inflatus, utrum nullum tibi

* In psal. 127.

146.

* Serm. 214. De temp.

»cum creatura turpe commercium? Quod si horita sit,
 »tum Deum diligis in toto corde tuo, ex tota anima tua
 »et ex totis visibus tuis. At verò si leuis, tum nullate-
 »nus Deum diligis, eò quòd inimica ipsi cupiditas inte-
 »raquet, ibi inque appetitativum amorem, de quo
 »tibi loquor, non habeas.

Ô amor appetitativus, quot Christianos condemnabis,
 qui voluptates suas muneribus pretulerunt! quot pa-
 rentes condemnabis, quibus, quia filii eorum ipsis ido-
 la fuerunt, exprobrabitur, quòd olim Deus Summo Sa-
 cerdoti Heli exprobravit, * Magis honorasti filios tu-
 * 2. Reg. c. 2.
os, quam me! Ô amor appetitativus, quot mulieres
 Christianas condemnabis, quæ maritorum suorum cu-
 piditatibus magis servire, quàm illi, à quo eodem
 acceperunt, placere studuerunt! Ô amor appetitativus,
 quot ignavos et propriis commodis intentos amicos con-
 demnabis, qui in Dei præjudicium amicis suis in pecca-
 tis eorum adulati sunt, magisque, de iis malè maverunt.
 De illorum amicitiam perdere metuerunt, quàm illud
 offendere, cujus amicitiam ambire et fovere debebant.

Bar 3. 142. Verùm ad amandum Deum non sufficit, si, posthabitis
 omni necessitatibus prætextu, ac omni cupiditatis illicio
 ametur, sed insuper oportet, ut non obstante omni im-
 portabili puritatis tentatione ametur; id est, Mi frater,
 oportet, ut eum diligas, et si scires, quòd eum non dili-
 gendo, nullum tibi supplicium nec in hac nec in altera
 vita pertimescendum esset: quamvis scires ô impudica
 mulier, quòd divina et humanae leges prostitutiones
 tuas et adulteria nunquam essent vindicatura: et si, ô homo avarus, respectum haberes, re-
 probationem et infernum tibi nunquam in partem
 cessuram, ut ut iniquis exactionibus et usuris pecunias
 corrumpas.

143. Datur timor, qui in charitate fundatus non est, in-
 quit S. Augustinus, cum scriptum sit, quòd perfecta cha-
 ritas cum formis expellat; et timor hic servilis est ille
 affectus, qui justitiam pulchritudinis nihil commotus, à
 malo non abstinet, nisi ut supplicium devitet. At

verò charitas, quæ non minus à peccato recederet, quamvis remaneret impunitum, huiusmodi timorem expellit, non autem illum, quo fidelis duntaxat metuit, ne gratiam amittat, et à Deo suo deseratur, quod ipsi summum malum est, quamvis hæc derelictionem nullus vindicta ipsius effectus sequeretur.

Binae igitur dantur timoris species, inquit præclare S. Augustinus*, timor purè servilis, et timor castus. Prior est valut timor mulieris alianjus, quæ animum depravatum et cor impudicum gerens, quamvis ex metu viri adulterium non perpetrat, tamen quod operi deest, voluntati inest. Secundus timor, est honestæ et castæ conjugis timor, nam et ipsa timet virum suum, sed castè. Timet illa ne vir infestus adveniat, ista ne offensus discedat; non amanti enim præsentia viri est molestata, amanti verò illius absentia; et iuxta S. Augustinum ex his duabus rebus iudicari debemus quis in Deum nobis animi sit affectus. Si nobis fixum vatumque sit nunquam illum offendere, quamvis ultro sciremus, nullas nos inde poenas unquam duros, tum illum diligimus: at si non nisi ex metu supplicii à peccato abstinemus, tum illum non diligimus.

Quod si hæc ita sint, ô mi Deus, magno cum meo pudore dico: fortè nunquam te verè dilexi, fortè à vitæ meæ exordio hunc appetitivum amorem omni necessitatis pretextu, omni cupiditatis illacabra, omni impunitatis tentatione, hæud obstantibus, non habui. Hactenus cupiditates meæ ita mentem meam excæcaverunt, ac tale imperium in me exercuerunt, ut maximi muneris mei immemor fuarim. Nunc verò eum sciam, quid mihi sit agendum, in id omni conatu incumbam, ut tam suave et utile præceptum adimpleam. Sed quia id sine speciali gratia tua præstare hæud valeo, da mihi, ô mi Deus, amorem illum, quem ut ego erga te habeam, cupis, et cor meum ab omni

* Ep. ad Honor.
140. alios 120.

90. alio objecto ab aliena, ut unice iis, quae munus mei
sunt, adherere. A me creatura recedite, in posterum
tanquam nihilum vos reputabo. Quamvis nulla mihi
in paradiso bonorum operum meorum merces speranda,
aut in inferno nullum iniquitatum mearum Suppli-
cium pertimescendum foret, tamen sine ulla ad haec
Supplicia, hasque remunerationes attentione, te sem-
per amabo.

Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum circa amorem
Dei, ipsius necessitatem, conditiones, com-
moda obitacula, p.

I.

144.

Si fides est fundamentum Religionis Christianae,
tunc amor est perfectionis illius vinculum. Si fides nos
usque ad Deum evahit, amor ipsi nos conjungit. In hoc
amore tota natura, felicitas, tota gratia, perfectio,
tota gloria consummatio consistit. Si Martyres inter
Sanctos primas Sedes occupant, id fit, quia pro Deo mo-
riendo, eidem apertissima amoris signa exhibuerunt,
et si Seraphini inter beatos Spiritus propius ad eum au-
dunt, ratio est, quia pro caeteris majori amoris illius
flamma accensi sunt; amor qui à Deo proveniens et
in eum desinens, adeò vastus est, inquit S. Augustinus,
ut hic in terris omnes virtutes complectatur. Nam quid
est fortitudo, nisi amor magnanimus, qui omnia propter
Deum tolerat? Quid est temperantia, nisi amor sobrius,
qui propter Deum ab omni turpi et flagitiosa voluptate
abstinet? Quid est prudentia, nisi amor illustratus,
qui, quod sibi ad ~~divinam~~ Deum possidendum est
utile, seligit? Quid est justitia, nisi amor fidelis, qui
omnia, quae Deo debet, eidem reddit? An plura deside-
ratis? Hic amor est Dei ipsius Spiritus, et si charitas dif-
fusa est in cordibus nostris, eam Divinus hic Spiritus clar-
gitur. Quam ergo suave et gloriosum est nobis amorem
ille obstringi, quo solo deficiente miseri omnino esse-
mus; et quidquid nobis acciderit, an culpa vacabimus,
si Deum eo, quo vult, modo non dilexerimus?

II.

Cum Deus à tota aeternitate nos dilexerit, vult ut
 cum, ut eum diligamus, quamprimum ad id idonei sumus.
 145.
 Sed tantisque titulis ad ipsum perstinamus, ut mirum vi-
 deri posset, si ipse vel etiam ad tenerimos cordium nos-
 trorum motus non esset attentus. Prior nos eodem, quo
 se ipsum diligit, amore diligere capit, amore scilicet
 substantiali et aeterno, amore infinita liberali et ma-
 gnifico. Si ipsius providentia tantam nostri curam ge-
 nit, si ipsius misericordia post tot lapsus nos iterum eri-
 git, id amori ipsius debemus.

III.

Sed hic hominum amor estne semper perfectus? Non,
 nam si datur amor unicus, datur etiam amor divisus; si
 datur amor patiens, datur etiam amor commodus; si datur
 amor sincerus, datur etiam amor simulatus; si datur amor
 sanctus, datur etiam amor prophanus. 146.

IV.

Deus ad corda nostra lucranda varias iniit rationes,
 quò illius solius essemus, inquit S. Athanasius. Haud con-
 tentus, quòd sit Creator noster, voluit insuper esse Redemptor
 noster; non contentus, quòd suis manibus nos formaverit,
 voluit nos ex Demonis manibus liberare; non contentus
 quòd ad imaginem suam per creationem ^{nos} fecerit, per re-
 demptionem huius divinae imaginis lineamenta, quae pec-
 catis nostris deformaveramus, de novo describere voluit. Cur
 hoc? ut nobis omnem tollerit occasionem dividendi cor
 nostrum, illudque inter plures, quibus beneficii nomine
 obstricti esse possemus, dispersendi. 147.

V.

Rarissimi tamen reperuntur Christiani, quorum corda di-
 visa non sint. Videas hunc Menatorum vasperi ad cruci-
 fini pedes provolutum, diceret utique, quòd unice Deum di-
 ligat; at non nisi de nocte idem diligit; Christum non
 nisi de nocte invisit, quemadmodum Neodemus, et
 quam felix, si iisdem, ac ille, mentis et cordis sensibus
 ad eum accederet; at ubi dies illuxit, sua adulterata
 pondera et mensuras reasumit, totisque in eo occupa-
 tur, quibus nempe rationibus per multiplicatas usu

ras rem suam augeat. Audias hos hypocritas, qui pacem non nisi Deum in ore habent, qui pauperum curam gerunt, qui assidue templa frequentant: Sicarii utique, quod unice Deum diligant; at ut verius dicam, illum ne utiquequam diligunt, sunt tot Judaei, qui cum ipsius inimicis clandestina consilia fovent, illumque de nocte, et ubi à nemine videntur, tradunt.

VI.

148.

Sunt species amoris, inquit S. Bernardus, amor sermonis, amor splendoris, et amor tenevitutinis. Tangitur homines, quibus volupe est de Deo sermonari, de potentia ipsius affectibus, de bonitatis ipsius miraculis, & colloquia miscere. Sed hic subsistunt, nec ulterius progrediuntur, Deum equidem in ore habent, sed necdum in cor eorum descendit. Sunt alii, quorum fucatus amor ad illustria facinora impellit; nosocomia adeunt; captivos invisunt; sed propriam familiam et egenos, qui pro ipsorum foribus jacent, negligunt. Sunt denique, qui cum omnia ipsis ad vota cedunt, Deum diligunt, blando quodam impetu in ipsum feruntur, ex imo pectore tenera suspiria trahunt; at quamprimum vel minima premuntur adversitate, tum hanc suavitatem et tenevitutinem amittunt sine consolatione et gaudio viventes, Deo aequè offensi, ac prius ille ipsis in amore esse videbatur.

VII.

149.

Datur amor naturalis: hoc amore parentes filios suos, et filii parentes suos diligunt. Datur amor sympathia; hoc amore illos prosequimur, quibus eadem ac nobis, sunt propensiones. Datur amor reciprocus; illos diligimus, qui nos diligant. Datur amor attentionis et approbationis; illos amamus, quos amore dignos censemus. Datur amor beneplaciti; illos diligimus, qui nobis placent. Omnibus his amoribus Deum prosequi possumus, immo modo Supernaturali amore illo in eum feramur, quem Spiritus Sanctus in cordibus nostris diffundit, amore scilicet appetitativo, amore, vi cuius cum Apostolo dicere possumus: neque mors, neque vita, neque prosperitas, neque adversitas, &c. nos unquam separabunt à charitate Jesu Christi. Itaque, cum videro mulierem,

quae amissio filio in gemitus et lamenta erumpet, dicam, quod ipsa Deum non diligat, quia se voluntati eius non permittit. Ubi videro hominem alias patientem et mitem, sed qui ea, quae furatus est, restituere nolet, dicam, quod Deum non diligat, totius enim legis explanatione diligere debet.

VIII.

Oportet, ut omnis cupiditas in vero Christiano sit suffocata, inquit S. Chrysostomus*, omnibus mortuus esse debet, ut in solo Deo vivat. Ita loquebatur S. Paulus, quando dicebat: Vivo iam non ego vivo, sed in me vivit Christus Jesus. Quando cupiditas nobis dominatur, tum ipsa in nobis vivit, ipsa ad omnia, quae vult, cum damno divini amoris nos impellit; at ubi divinus hic amor vincit et superior evadit, tum Deus ipse in nobis vivit, ipse nos ducit, nos regit, et omnes nostrae actiones minus nostrae sunt, quam ipsius.

* In Ep. ad Galat.

IX.

Deum Summè non diligimus, nisi illum absque ulla cogitationum, operationum et affectuum participatione diligamus. Periculosus est error arbitrari, quod Deus iis, quae in nostra mente et cogitatione viliora sunt, contentus sit; quod, dummodò Speculativam quamdam et sterilem prolationem ultro ei tribuamus, ea, quae majori attentione et voluptate cogitamus, impune mundo consecrare possimus. Hoc tamen quotidie evenit: Mane Deum cogitamus; forte dum sacro Missae Sacrificio assistimus, ipsius magnitudinem contemplamur, et postmodum non nisi saeculi voluptates animo cogitamus, quasi verò limitata et avara quaedam pietas ipsi sufficeret; quasi verò post debiles quosdam ipsi consecratos animi nostri motus, toto diei residuo illius nullam amplius habendi memoriam jus nobis esset.

X.

Inalibet vos, inquit S. Augustinus, ad principium, unde exiit, referri debet; atqui anima à Deo exiit, ac proinde ad eum omnes suas cogitationes referre de-

bet, Caro non est sibi vita, ait hic S. Pater, Sed ani-
ma carnis est vita, nec anima sibi est vita, sed De-
 us est anima vita. Quod si hoc ita sit, oportet, ut
 haec anima secundum Deum vivat, usque seun-
 dum illum vivere potest, nisi ad eum se referat,
 à quo habet, ut sit. Ex hoc principio sequitur,
 quod homini non precipiatur, ut nunquam de sua
 familia cogitet, ut mentem suam nunquam in suis
 corporalibus necessitatibus occupet, cum Deus ultro
 velit, ut eis prospiciat, sed ut omnes has occupatio-
 nes et cogitationes ad supremum et dominans objec-
 tum referat, ita, ut quidquid agit, quidquid cogitat
 et quidquid aggreditur, ad eum, qui ipsum forma-
 vit, intentionem suam dirigat, mentemque suam
 elevet.

XI.

Verum an absque illa mentis partitione Deum
 diligimus, an aliis rebus nos expediimus, ut ipsum
 cogitemus? An e.g. Deum cogitat vir ille, qui mon-
 struosa immoderate ambitionis consilia indesinan-
 ter agit, et nihilominus arbitratur, Deum fluxis
 et fugitivis quibusdam mentis ad eum elevationibus
 satis coli? Non, non, inquam, talis Deum cogitat, sed
 mundum; sed suam et filiorum suorum prosperam forti-
 nam. Cogitat quae sunt mundi.

An sapientius vel serio Deum cogitant mundi divites
 et docti, quando dissipata, vaga, preoccupata, cupidi-
 tatibusque oboscata mente simulatos quosdam to-
 trice pietatis conatus adunt? Illi in rebus negoti-
 isque gerendis expediti, in duendis saeculi artibus et
 consiliis arguti; hi studiis incumbentes, in musaei
 pulvere libris suis impalescentes, et ad ea, quae coeli
 sunt, graveque salutis suae opus respiciunt, omnino
 gelidi et stupidi? Non, non, inquam, hi Deum cogi-
 tant, vel si cogitant, id non nisi vaga et divisa men-
 te agunt; divisum est cor eorum, nunc interibunt.

An plerumque nobiles foeminae Deum cogitant,
 ipsae, quae plerumque non nisi ad ludos, futilia, pom-

pas et saeuli vanitates, animum suum intendunt, ad implicatas res extricandas magis attenta, quam ad detegendam Evangelii veritatem, suis maritis potius, quam Deo placere Studentes, rem domesticam magis, quam propriam conscientiam curantes? Qua rupta est, cogitat, quae sunt mundi, quomodo placeat viro.

XII.

Deum debemus diligere ex obedientia tanquam isi.
supremum Dominum nostrum, ex propensione tanquam Deum nostrum, ex gratitudine tanquam Sponsum nostrum. Magnum est discrimen Deum inter et huius mundi principes. Hi plerumque majorem timorem quam amorem deponunt. Sive subditi eorum illos diligant, sive oderint, dummodo ea, quae jubent, exterius exequantur; dummodo ipsorum voluntati coeant se subdiciant, de reliquo parum sunt solliciti, nec est ratio cur inde inquietentur, cum suorum subditorum corda rimari haud possint, nec eorumque ipsorum protendatur auctoritas, ut eorumdem amorem sibi subdiciant; at laevis de Deo dicendum est.

XIII.

Enimvero longe diversa ratione cum nostra mente et corde nostro agit: menti nostrae permittit, ut se ipsam in varia objecta offundat, quo illorum naturam et proprietates expiscetur; at cor nostrum astrictissimis limitibus circumscribit. Menti nostrae operationum suarum libertatem relinquit permittendo ei, ut naturae arcana rimetur; at voluntati nostrae plura diligere objecta, et omnibus, quae ipsi amabilia videntur, adherere vetat; quia creaturarum cognitio menti nostrae nullam impunitatem infert, at contra earundem amor cor nostrum corrumpit.

XIV.

Inde judicari potest, quam magnam injuriam Deo inferamus, quando amorem nostrum cum inter et creaturas partimur. Quantus pudor Principi suo Principatu expelli, aut cum infensissimo hoste suo ibidem vivere? Sponso neptiali thoro ejici, aut in eo una

Secum adulteram tolerare? Vobis ob oculos posita Davi-
dem Metropoli sua expulsam, in qua regnat Absalon, p.
Deum ex parte tantum diligere, est cordis haeresis.

Mentis haeresis medium tenet errorem inter et verita-
tem; cordis haeresis se ipsam cupiditatem inter et char-
ritatem dividit. O quot, huiusmodi haereticis mundus
abundat! Docti et litterati ex una parte Deum, sed
ex altera parte vanam gloriam diligunt. Avari ex
una parte Deum, ex altera vero pecunias suas amant.

XV.

152.

Animus tamen hic non est omnem creaturarum amo-
rem prohibere, marito ne uxorem, liberos, familiam
suam diligat, sed oportet, ut amor ille, quo ipsos pro-
sequitur, amori Dei nullum damnum inferat; seus ta-
men evenit. Magno Christianismi dadeora, vilissima
et abjectissima objecta diliguntur, vir suos capillos et
canes, mulier sales suas et ornamenta amant. Inde coram
Deo embersite, et mementote, quomodo resanas illas
et impias Hebraeos punierit, quae aureas suas aureas et
ornamenta in ignem ~~immiserunt~~ projecerant, et unde vitu-
lus prodit. Ignis, quod ipsis huiusmodi divinitatis horro-
rem invertebat, abque ulla forma animalis tui, quod
ipsarum idololatriae objectum fuit, effudit.

XVI.

153.

Quaerimus Deum, et quod stupendum est, ipsum inveni-
ra volumus; cogitationibus ^{nostris}, imaginatione nostra, suppi-
riis nostris eum quaerimus; at eum sincero amore volumus
eum invenire. O mi Deus, exclamabat S. Augustinus*,
O unicum amoris mei objectum, concede mihi gratiam te
cognoscendi et te amandi. Si hic in terris id perfectum
non valeo, Da, ut saltem in hac cognitione et amore pro-
ficiam, donec felix plenitudinis istius dies illucescat.
ut hic in tua cognitione crescans, donec in coelo te fa-
cie ad faciem videam; tuus amor in corda meo roboratur
et augetur, ut in Paradiso sit perfectus.

XVII.

154.

Qui se diligit, et non in Deo se diligit, hic non vere
se diligit, inquit S. Augustinus*, et a contrario, qui De-
um amat, et se non amat, hic vere se amat. Cum vitam
in nobis ipsis haud inveniamus, necesse est, ut nos ipsos

* Manual.
c. 36.

* Tract. 113.
in Joan.

amando moriamur; et si illum diligimus, qui in se ipso vita, et extra se ipsum vita principium est, nos ipsos non amando amamus nos, quia, ut nos ipsos illi coniungamus, nos à nobis ipsis separamus. Quam inestimabilis beatitudo, nobis ipsis mori, ut in Deo solo vivamus! Quam inestimabilis felicitas, nobis ipsis perire, ut ad Deum accedamus ipsi quoque possideamus. O sibi perire! O ad Deum parvenire!

XVIII.

Si vis perfecte Deum amare, gratis illum ama, et non ob temporale quoddam commodum, quod tibi mercedis loco sit propositum, quia Deus, quem gratis diligis, ipsamet magna merces tua erit. Sic cum dabo amare, ut nunquam cesses illum desiderare, qui solus omnem desideriorum tuorum amplitudinem implere potest. Qui Deo servire vult, alius boni, quam Dei ipsius, gratia, plus aestimat id, quod vult recipere, quam illum, à quo vult illud recipere. Quid ergo? An Deus nullam illis, qui ei servant, mercedem tribuat? Ita dabit, sed se ipsum. Obsequium, quod Deo praestatur, merces est ipse Deus. Si quidem aliquid diligis, amor tuus non erit castus, recedes ab illo immortali igne; et ubi ab eo remotus fueris, tum frigus et mortalitas corruptio te occupabunt.

XIX.

Nihil est in Deo, inquit S. Fulgentius Ep. 6. ad Theodor. quod possit aut crescere, quò melius fiat, aut decrescere, quò peius evadat. Semper idem est, sine initio, sine fine, sine loco, sine vicissitudine aut mutatione. Nihil ipsi deest, quia omnia sunt in ipso, nihil superfluum habet, quia nihil extra se habet.

Et eius in hoc consistit, qui ab omni alio objecto alienati, toto corde illum diligunt. Cum Deo nihil deesse potest, hinc omnibus bonis replentur, et quia ipsum possidendo nihil ipsis timendum est, in suavi et grato Sacramento vivunt.

XX.

Dixit o Christiane à Christo, quomodo diligas Christum inquit S. Bernardus, Dixit amare dulciter, amare prudentes, amare fortiter. Dulciter, ne illecti;

155.

Hoc est gratis amare non quasi proposita acceptio-
na mercedis, quia ipsa merces tua summa Deus ipse erit, quem gratis diligis, et sic amara dabo, ut ipsum pro mercede desiderare non desinas. Qui aliud premium petit à Deo, et propterea vult servire Deo, carius facit, quod vult accipere, quam ipsum à quo vult accipere: Quid ergo nullum premium Dei? nullo propter ipsum premium Dei ipse Deus est, hoc amat, hoc diligit, si aliud desideraris, non eris castus amor. Recedes ab igne immortali, frigesces, corrumparis. S. Aug. in Ep. 72. et

124.

156.

* Scdm. 2a in Cant.

ulos ponit
regnat
conis hanc
inter
inter
hanc
parte
pignat.
unias
creaturarum
beros, fami
le, quod ip
inferat
cora, vilis
suos cogit
mant.
res suas
t, et unde
divinitatis
malis
est, ipsum
ione nostra
no amore
Augustini
hi gratis
aris et
one et
dies illu
ce in coeli
de meo
t, hinc
ntario, q
mat. C
est, ut no

"prudentes, ne Decepti; fortiter, ne oppressi ab amo-
 "re Domini avertamur. Ne mundi gloria seu carnis
 "voluptatibus abducaris, dulcescat tibi sapientia
 "Christus. Ne à mendacii et erroris Spiritu Seducaris,
 "splendida luce mentem tuam illustret veritas Chris-
 "tus. Ne vita hujus adversitatibus opprimaris, confor-
 "tet te virtus Dei Christus, charitas. Salum tuum inflat
 "met, Scientia dirigat, constantia roborat, sis fervens,
 "candens, invictus: fovens sine tepore, cactus sine fau-
 "de, invictus sine pusillanimitate et timore.

XXI.

Si ii, qui super terram perituros pulchritudines
 diligunt, indesinenter in hæc ipsa ad eò hæc objec-
 ta oculos defixos habent; si detestanda et coeca stulti-
 ditate nullis aliis aut bonis nisi possessione aut jactu-
 ra illius rei, quam diligunt, afficiuntur, an ii, qui
 verè Deum, pulchritudinem illam semper antiquam
 et semper novam, amant, possunt extraordinaria
 hujus vitæ, inmunditatibus vel adversitatibus, com-
 moveri? inquit S. Chrysostomus! Non procul dubio,
 his omnibus rebus nunquam sunt superiores, et illa,
 in qua sunt collocati, vitæ conditione illius, quem di-
 ligunt, naturam quodammodo induunt,

XXII.

Forte mercenarius eris, si diligis Deum, et ser-
 vis ei ut præmium ab illo accipias? inquit Hugo à
 Sancto Victore, "Dicitur hoc stulti quidam, et tam stulti
 "ut seipfos non intelligant. Deum diligimus, ajunt, ei-
 "quo servimus, sed ea ratione, ut nullum inde præmi-
 "um cupiamus, imò ut nos ipsum quæramus, ne vili-
 "liet commodis nostris addicti videamur. Seipsum no-
 "bis dabit, si voluerit, at illum non quærimus, ad eò
 "purus est noster amor. Videbit ipse, quid nobis dare sta-
 "tuerit; si seipsum nobis dederit, id profecto non impo-
 "dicamus, sed ita eum amamus, ut illum, quem amamus
 "non quæramus. Quæ mens! quis homo! Deum dili-
 "gimus, sed eum non quærimus. Sic loqui, idem est, ac si di-
 "ceremus: equidem ipsum diligimus, sed ipsum mini-

* Hom. 9. in
 Ep. ad Rom.
 ad exposit.
 in B. 9.

* Encl. Theolog.
 l. 2. part. 2. c. 8

me curamus. Quod me spectat, qui non nisi homo sum,
 nollem, ut me hac ratione diligeres; et si me hoc
 mentis et cordis affectu diligeres, ut me nihil pende-
 res, nec ego amorem tuum curarem. Nunc ergo vide,
 an Deo indignum non sit, ipsi offerre, quod homo haud
 immerito aspernaretur.

XXIII.

Verum, dicatis, nonne sumus mercenarii, si cum di-
 ligimus, ut ab eo mercedem recipiamus? an hoc est cum
 gratis diligere, prout filius cum diligere lenatur?
 Nonne hoc est cum diligere sicut leonius, qui obse-
 qui, quod praestitit mercedem expectat? Ita equi-
 dem, si nempe aliam praeter Deum mercedem quaeratis;
 sed illa, quam expectatis est ipse Deus. Quid
 enim est illum diligere, nisi velle illum possidere
 etiam cum amissione cuiuscunque alterius rei?
 Si extra illum aliquid quoddam objectum quaeratis,
 illum gratis non quaeratis diligere; sed nihil
 praeter illum, quem amatis, quaerentes, mercenar-
 ii non estis. Quae sitis et desideratis quidpiam, ali-
 um enim si sine desiderio essetis, etiam sine amore
 essetis: Verum quod quaeritis, quod desideratis, quod
 amatis, est ipse Deus, qui est principium et finis, ob-
 jectum et terminus amoris vestri.

XXIV.

Quatuor sunt amoris species, inquit idem Hugo
 à S. Victore*. Per primum nos ipsos diligimus; per
 secundum Deum propter nos diligimus; per tertium
 Deum propter ipsum diligimus; per quartum nos
 ipsos propter Deum diligimus. Horum amorum pri-
 mus, est amor carnalis; secundus est amor mercena-
 rius; tertius est amor filialis; quartus est amor per-
 factus.

XXV.

Qui recti sunt corde, Deum diligunt, inquit Sponsus
 in Canticiis*, Recti diligunt te. Inde possumus cum Hu-
 gone à S. Victore*, homines in tres classes dividere. Sunt,
 qui jacent; sunt, qui incurvantur, et sunt, qui recti

159.

* loc. cit.
lib. 4.

160.

* Cant. 1. v. 3.* Miscal. 2.
lib. 1. tit. 60.

Sunt. Qui jacent, Deum nec amant, nec metuntur: qui sunt incurvati, cum timent, sed non diligunt: qui recti sunt, cum amant simul et metuntur. Qui jacent, sunt peccatores illi, coeno et flagitiorum impunitatibus flagitiorum sepulti, infames et effrenatissimi homines, qui nec infernum nec paradysum curant, quos nec supplicia terrent, nec premia alliciunt. Incurvati, sunt semi Christiani illi, qui modo Dei sunt, modo mundi, modo sanctis pietatis exercitiis, modo profanis oblectamentis vacant, nec nisi humero uno Deo servant, pro ut ait Propheta quidam; metuntur, sed non diligunt, languide officio suo funguntur, magis ex metu supplicii, quam justitiae amore. Recti, sunt justi illi, qui ab omni proprio amore soluti, Deum propter ipsum Deum quaerunt: homines probi, qui sanctam ipsius legem observant, et ipsius voluntati se totos subiciunt, homines, qui desideriorum suorum puritate, intentionum suarum aequitate se super omnes humanos respectus evahunt, ut illi unice adhaerant, cui unice placere stent. Recti diligunt De.

Inter hos Christianos, alii sunt mercenarii, alii servi, et alii filii. Mercenarii cupiunt, servi timent, filii diligunt. Unusquisque habet legem suam, Mercenarii cupiditatem, quia constringuntur; servi timorem, quos arctantur; filii charitatem, quam complectuntur.

XXVI.

101. Quando Christus vult, ut perfecti simus, sicut pater noster coelestis perfectus est, non modo vult, ut Deum diligamus, sed ut amorem nostrum ad illum, quo ipse nos prosequitur, exigamus. Verum juxta Richardum à S. Victore hujusmodi Dei amor est insatiabilis, amor inseparabilis, amor insuperabilis. Amor insatiabilis, semper nos amavit, nec amare desinit. Amor inseparabilis, se nobis conjungere voluit, nec postea unquam se à nobis separavit, nisi cum illum ad id coëgimus. Amor insuperabilis; non obstante iterata ingratitude et rebellionem nostram, qua tot et tanta obstacula ipsius amori esse deberent, non tamen desinit nos amare. Si ergo ex una parte tenemur

esse perfecti, sicut Pater noster coelestis perfectus est, et ex altera vero perfectio hæc in amore consistit, inde sequitur, quod amor ille, quem Deus à nobis expetit, isdem tribus caracteribus præditus esse debeat, perpetuitatis nempe, conjunctionis, et fortitudinis. Perpetuitatis, cum sine tædio et fastidio amando; conjunctionis, ipsum absque levitate et inconstantia amando; fortitudinis, ipsum sine ulla discordia et animi abiectione amando.

XXVII.

Deus charitas est, inquit S. Joannes: Magna et brevis laus, inquit S. Augustinus. Brevis admodum laus, utpotè non nisi tribus verbis comprehensa, Deus charitas est, sed magna valde, cum omnia munera nostra complectatur. Nam, cum Deus nos amat, ipsius aternitas nos amat, ipsius immensitas, sapientia, et magnitudo nos amat, verbo, omnia ipsius attributa nos amant, et quia hæc infinita sunt et æterna, necesse est dicere, quod nos amare nunquam desinat.

Unde est, prout advertit S. Thomas, quod priusquam Verbum divinum hoc magnum amoris præceptum nobis dedit, ipsummet illud adimplere, ac nobis velut perfectissima charitatis exemplar se ipsum proponere voluerit, nos velut objecta suorum deliciarum respiciens, nobis omnem suam attentionem et omnem cordis affectum tribuens, ac si quodammodo Dei ipsius Deus effecti essemus: Ita ut homo Dei Deus esse videatur.

Licet in eadem statera omnium Cherubinorum et Seraphinorum, omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, verbo, omnium Beatorum amorem appendemus; licet Deus adhuc innumera Angelorum et hominum centena milia crearet, omnes hi amores simul juncti amoris filii Dei nunquam æquari possunt, qui, procul ut nos amare desinat, potius nullum aliud præter nos amoris objectum habere videtur.

Hinc illæ ipsius Deliciae esse cum filiis hominum, ipsos sua præsentia cohonestare, suis gratis cumulare, propter illos omnes formas illas variasque conditiones assumere, quas ad salutem nostram necessarias duxit, dignatus est. O insatiabilis Dei amor quantum nos rapit! O grata obligatio nunquam ab amore tuo deficiendi, quam nobis imponis!

163.

An amore fatigaremur eijusdam mundana pulchritudinis, quae non nisi aliquot momentorum spatio subsistit; quae vix non singulis horis mutatur; quae in se ipsa non nisi vanitas est; quae modo devotissimis clientibus suis ingrata, modo arrogans, et falso suo merito ebria, nunquam vicam rependit. Fatigamur enim nostrarum pecuniarum et amplissima fortuna amore, fortuna, inquam, quae mille secundum mundum, molestiarum et mille, secundum Deum, perversitatum et peccatorum est origo.

* In Ep. 72.

Homines variis agitentur cupiditatibus, falsisque et inanibus terra bonis inhient, quantum voluerint, ait S. Augustinus; hi arma capiant, et in periculis gloriam nomenque quasituri vitam suam exponant, in cadibus et stragibus felicitatem suam constituent: alii non minus ambitiosi causas in foro agitant, et, quia herorum nomen adipisci non possunt, dum innocentes oppressos tument, ad oratorum gloriam aspirant: alii, ut avaritia satisfaciant, maria transaunt, aut in terra visera deventant, ut eam thesauris suis spolient: alii innocentiores quidem, sed aequè miseri, terras incultas colant, et ingenti labore ipsarum sterilitatem vincant sub spe copiosam in fine anni messem referendi; nec hi nec illi huiusmodi laboriosis exercitiis fatigantur; quod nos spectat, inde hoc salutare documentum ememus, quod scilicet minus adhuc fatigari debeamus in amore et obsequio Dei, qui post proelia nostra capiti nostro immortalam coronam imponet; qui nos vera sapientia implebit; qui ipsemet thesaurus et merces nostra erit.

164.

Serviamus Deo in spe, quia fidelis est in suis promissis: Serviamus ei ex amore ipsius, quia id infinitè meretur: nemo nostrum amplius pro se vivat, sed pro illo, qui eo usque nos dilexit, ut pro nobis mortuus sit.

* S. Bern. Ep.
143.

* Et profectò pro quo aequius vivere possemus, nisi pro illo, sine quo non viveremus? Quis quid utilius viveremus nisi pro illo, qui nobis vitam aeternam promittit? Pro quo magis necessario viveremus, nisi pro illo, qui nobis aeterna supplicia minatur, si haec officia defuerimus? Sed his non attentis, Serviamus Deo infinitè amabili illo amoris spiritu, qui foras

mittit timorem, qui labores non deterratur, qui meritum non attendit, nec mercedem querit, et tamen nos magis impellit, quam omnis alia res. Hic est amor, qui pellit timorem servilem, et qui tamen majori vi nos ad agendum incitat quam timor iste servilis. Est amor, qui quamvis nullum praemium sperandum foret, tamen agere non cessat, et qui nihilominus nunquam sine praemio est.

XXX.

Praeceptum Jesu Christi, quod nos Deum amare jubet, nuncupatur magnum per excellentiam, et profecto extensione sua magnum est, omnes enim homines obstringit. Fuger^{na}, jejuniis, abstinentia, longaque oratione excantus est, at amoris lege nunquam solvitur. Egenus a lege dandi eleemosynam est immunis, at Deum suum diligere munus est, cui se subtrahere nunquam potest: et juxta S. Augustinum*, haec est ratio, cur David istud amoris divini praeceptum latum et extensum vocat, latum minis.

165.

Praeceptum magnum propter suam dignitatem. Quod aurum inter metalla, ignis inter elementa, Sol inter planetas, Seraphini inter Angelos, coelum empirium inter ceteros coelos, id charitas est inter alias virtutes. Est aurum, quod nos ditat; ignis, qui nos inflammat; Sol, qui nos illuminat; coelum empirium, in quo jam hic in terris per anticipationem Beatorum commodis fruimur.

Praeceptum magnum propter suam diuturnitatem; omnia tempora complectitur. Amor jam ab Angeli et hominis oratione exordia sumit, atque per totam aeternitatem subsistet. In coelo nulla amplius fides, ibi enim facie ad faciem Deum videbimus; nulla spes, ibi enim illum possidebimus; nulla sive spiritualis sive corporalis misericordia, nulli enim ibi erunt miseri; Prophetae, virtutes Christianae, omnia haec cessabunt, inquit Apostolus, sola charitas non cessabit.

Praeceptum magnum propter sua commoda et suavitates: Diligamus, id unice a nobis exponit Christus, Diliges: Sed quem diligemus, et qua ratione? En illum tribus verbis comprehensum, Dominum Deum tuum. Diligamus

* Serm. 22.

Deum, quia noster supremus est Dominus, ac homagium istud meretur, Dominum. Diligamus eum, quia Deus noster, primum principium et ultimus finis noster est, et nos toti ipsius esse debemus, tuum.

XXXI.

Si Deus non nisi limitatum in nos haberet Dominium, si corporum nostrorum, non verò mentium et cordium nostrorum esset Dominus; si in nos non nisi Dominium temporale ~~temporale~~ haberet, et solummodo pro tempore aliquo duraret, non autem pro alio, supremus noster Dominus esset; si in nos non nisi fortuitum et adventitium Dominium haberet, fortè inveniremus causam quamdam eum ex toto corde, ex tota mente, et ex totis viribus nostris non diligendi: at quia Dominium ipsius est universale, aeternum, essentiale, primitivum et absolutum, non possumus id ipsi denegare, quod tantà justitià à nobis exposcit, ait S. Augustinus.

Ab hominum amore et obsequio immunes reddimur, cum cogitamus, quòd nihil ab ipsis teneamus, quòd nec fortuna nec libertas nostra ab eis pendeat, quòd sine illis subsistamus, quòd ipsis etiamnum invitis nos nostra non minus secundum vota sint successura, quòd nec natalium, nec conditionis, nec gratitudinis ratione aliqua eisdem subjeti simus. In arrogantia nostra arguamur, et quòd excusationis loco praetaxere nos posse arbitramur, cum nobis dicitur, ut eos diligamus ipsisque serviamus. Verum etsi praetentus isti inter homines essent recepti, nunquam tamen quantum ad Deum valere possent, ut potè à quo id omne tenemus, quòd habemus et sumus; quantum ad Deum, inquam, per quem operamur, subsistimus, vivimus: quantum ad Deum, à quo in ordine naturae et gratiae magis necessaria subiectione pendemus, quam filii à parentibus, amici à suis benefactoribus, populi à suis Principibus, mancipia à suis Dominis.

XXXII.

166.
* Lib. de imit.
Chr. l. 2. c. 7.
at 8.
- » * Beatus ille, qui intelligit, quid sit amare Jesum, et
 - » contemnere seipsum propter Jesum! Dilactio creaturae
 - » fallax et instabilis est, dilactio Jesu fidelis et perseverabilis.
 - » Qui adhaeret creatura cadet cum labili; qui amplectitur
 - » Jesum, firmabitur in ævum. Apud hunc amicum tene
 - » te vivens et moriens, ac illius fidelitati te committe,

qui omnibus deficientibus solus te potest adjuvare. Sed memento dilectum tuum talis esse natura, ut alienum non velit admittere; sed solus vult cor tuum habere, et tanquam Rex in proprio throno sedere. Esse sine Jesu gravis est infernus; et esse cum Jesu dulcis est paradisus; qui invenit Jesum, invenit thesaurum bonum; et qui perdit Jesum, perdit nihil minus multum et plusquam totum mundum. Perderimus est, qui vivit sine Jesu; ditissimus, qui bene est cum Jesu. Quando Jesus intus non loquitur, consolatio vana est, si autem Jesus unum verbum loquitur tantum, magna consolatio sentitur. Nonna Maria Magdalena statim surrexit de loco, in quo flevit, quando Martha illi dixit: Magister adest, et vocat te. Felix hora, quando Jesus vocat de lacrymis ad gaudium Spiritus!

XXXIII.

*Qua cum ita sint, o mi Deus, absolute et sine ulla exceptione tuus esse volo. Desidero tibi in omnibus, quovunque demum probo, placere, quo, prout teneor, te diligam. Omnia tibi debeo, et usque nunc nihil tibi reddidi. Tribue mihi gratiam, ut ex tantis, quas tibi debeo, summis saltem aliquod obolum tibi exsolvam. Mentem habeo, quam mihi dedisti, hac non nisi de te occupetur; cor, quod formasti, tibi soli adhareat; voluntas et libertas sine exceptione et absolute a te pendeant. Jube quod vis, auxilio gratiae tuae id perficiam, et cum omnia tibi debero, quid te dignum facero? Sed plus haud possum, nisi plus a me petis.

Supplementum.

Omnes Patres, omnesque Theologi de amore Dei disseruerunt. Concionatorum Gallicorum et exterorum libri omnes his materiis sunt repleti; hoc primum legis mandatum in cunctis ipsorum operibus expositum et explicatum legitur; et quia nimis longum foret tot varios citare auctores, lectorem ad loca memorabiliora magisque tibi invicem cohaerentia remittamus.

S. Augustinus circa hoc argumentum excellit. Deo nihil melius, nihil desiderabilius et amabilius est. Exere avaritiam tuam, tribue cupiditati tuae quidquid desiderare potest; quid ipsa petat? forte totam terram? Et quid si illam possideres, atque omnes homines mancipites et subditi tui essent, an inde felicior esses? Dominium in Solem et stellas cupis? **Pete quod vis nihil invenies carius, S. Aug. in Gg. 34.*

167.

*S. Thero. c. 2. at leg.

168

"nihil invanias melius quam ipsum, qui facit omnia, omnia
 "cara sunt, cui omnia pulchra sunt; sed quid illo pulchrius?
 "fortia sunt; sed quid illo fortius? Sit tibi eorum, quia magis
 ardent, objectorum cupido, si rationalis es at Christianus,
 dices cum Davide: Carus mea tu es, Dominus pars heredita-
tis mea p.

In Psal. 39. et 53. ostendit, quid sit Deum gratis amare; quod
 id, quod diligitur et speratur, ad idum tanquam summum
 bonum, quo cetera omnia continentur, et hinc quo nihil hinc
 referri debeat. Exponens Psal. 53. ait, quod Deus proprie nominis
 illorum sit Deus, qui ipsum diligunt et ei serviunt. Et in Psal.
 56. quod ipsum amando ei vota nostra persolvamus, atque ne-
 cessaria sacrificia offeramus.

Tract. 123. in Joan. "Quisquis, ait, se ipsum non Deum amat
 "non se ipsum amat; qui enim non potest vivere de se, mortuus
 "amando se, è contrario qui Deum, non se ipsum amat, verè se ip-
 "sum amat. Tract. 40. in eundem ait, quod, qui Deum diligit,
 paucias non multum amat, ac proclavis hinc verbis concludit.
 "Erit tibi numerus instrumentum peregrinationis, non inci-
 "tamentum cupiditatis, quò utaris ad necessitatem, non quò
 "formaris ad delectationem. Deum ama p.

Iprius Operibus insertus est Tractatus De diligendo Deo,
 qui licet ipsius haud sit, nihilominus pius acque ac doctus est.
 Illius auctor statim initio ostendit, quare et quomodo Deus
 sit amandus, 1. Quia ad fidem et cognitionem omnia pro no-
 bis fecit. 2. Quia prior ipse nos amavit. 3. Quia ad fidem
 et cognitionem suam nos vocavit. 4. Quia se aequalem
 nobis facere voluit. 5. Quia quando illum offendimus, nos ad
 poenitentiam expectat. 6. Quia pro nobis mortuus est. 7.
 Quia nobis magna premia nobis promittit p.

B. Sainjure Societatis Jesu eundem ordinem servasse
 videtur in suo libro de cognitione et amore Jesu Christi,
 qui cum magno fructu legi potest.

Meditationes et Soliloquia S. Augustini proclara ad
 amorem Dei incitantia continent.

Cap. 4. lib. 10. de civit. Dei, palam facit, quod sacrifici-
 um soli Deo debitum specialiter in ipsius amore consistat,
 et quod in eo solo vera felicitas nostra et religio sita sit.
 "Utenim homo, inquit, se se diligere nosset, constitutus
 "est ei finis, quò refregret omnia, quia ageret, ut beatus esset.
 "Non enim qui se diligit, aliud esse vult, quam beatus. Hic

autam finis est adherere Deo. Eadem repetit Cap. 23. lib. II.
 ubi duas amoris distinguit species. Et c. 6. lib. 14. ostendit,
 quod amor iste in homine bonam ipsius voluntatem et
 virtutes efficiat.

Videri etiam possunt ea, quae hic S. Pater cap. 9. De
agone Christiano. Rom. 38. c. 3. 4. et 5. dixerunt. "Quale
 premium est, quod tibi daturus est Deus? Quidquid tibi
 aliud dederit, minus est, quam ipse, quem colis: non gratis
 ut aliquid ab ipso accipias: gratis cole, et ipsum accipies p.
 Et Sermon. 72. De temp. Idem ergo omnes intuemur, p.

Apud S. Bernardum leguntur Tractatus unus de amore
 Dei, et tres libri, qui de eo tractant. Primus est ipsius, reliqui
 tres inter ipsius opera continentur, licet ipsius non sint. In
 primo horum Tractatum seu librorum exponit rationes,
 quas habemus, amandi Deum, quia prior nos dilexit, quia
 omnia tum corporis tum animae bona ab ipso proveniunt p.
 Christiani fortiora incitamenta habent ad Deum amandum,
 quam Judaei et Ethnici. Mensura ipsum amandi est sine
 mensura ipsum diligere; nunquam sine premio diligitur.
 Deinde explicat diversos amorum gradus: quando nos ipsos
 propter nos ipsos, Deum propter nos, Deum propter se ipsum,
 et nos ipsos non nisi propter Deum diligimus. Explicatis
 his omnibus gradibus, ait, difficile, imò velut impossibile
 esse, in hac vita quartum amoris divini gradum assequi. ^{ite}
 "Nescio, inquit, si à quoquam hominum quartus in hac"
 "perfectè apprehenditur, ut se scilicet homo diligat
 "tantum propter Deum. Afferant hoc si qui experti sunt, mi-
 "hi, fateor, impossibile videtur. Erat autem cum introduc-
 "tus fuerit servus bonus in gaudium Domini sui p.

* Tom. 4. Tract.
 De diligendo
 Des c. 12.

Reliqui tres libri continent eximias et piissimas men-
 tis elevationes. In iis ostenditur excellentia, causa et
 commoda hujus amoris; in quo consistat, quomodo per
 peccatum fuerit depravatus, quales progressus in eo fieri
 possint. Postea distinguit varios amores, ut amorem
 consanguinitatis, amorem Societatis, p. quos quinque sen-
 sibus comparat. In ultimo libro, qui potius Richardo
 à S. Victore adscribi debet, ostendit, quomodo amoris Dei vis sit,
 quomodo insatiabilis et perseverans sit, illiusque terribilo-
 gium; deinde de amore, quo Deus nos persecutus est, loqui-
 tur, ut et de obligationibus nostris cum agnosce-
 di.

* Richardus à S. Victore ostendit, quod proprie loquendo solus Deus Summo et perfecto amore se ipsum diligit; unde sumit occasionem distinguendi tres amoris species, atque demonstrandi, quomodo ille in creaturis bonus aut malus sit. Sed in Tractatu, quem de gradibus charitatis edidit, methodo magis morali et ampliori mentem suam aperit; ibidem loquitur de amore invieto, insatiabili et inseparabili. Et in alio quodam Tractatu effectus charitatis commemorat, quae animam laedit, ligat, ipsamque languere et deficere facit. à pag. 349. usque ad pag. 364.

S. Laurentius Justinianus in suo de charitate Tractatu demonstrat id quod ipsa sit ad salutem necessaria; quod dignitate ceteras omnes virtutes superet; quod ipsa sola discrimen ponat, quod inter filios Dei et peccatores intercedat; quod fundata sit in innumeris rationibus, quae nos ad amandum Deum super omnia obligant. Et postmodum describit quatuor amoris species, necnon ostendit, quantum inter se se differant amor, ~~charitas~~ dilectio, et charitas. Braclava etiam sunt ea, quae in suo de fasciculo amoris libro hanc in rem loquitur, pag. 333. et seq.

Guillelmus Parisiensis in suo de virtutibus Tractatu, postquam demonstravit, quod bonitas voluntatis humanae in ipsius aequitate, fervore, perseverentia et integritate consistat, has quatuor proprietates amoris tribuit, qui juxta S. Augustinum et ipsum ceteras virtutes complectitur. pag. 138. et seq.

In suo de moribus Tractatu ostendit, quanam sit hujus amoris excellentia, sine quo nec castitas, nec paupertas, nec mortificatio sunt aliquid; qui amor in Scriptura modo oleum, modo sigillum, modo debitum, modo perfectionis vinculum nuncupatur, p. pag. 205. et seq.

Etiam videri possunt ea, quae hae de re P. Lobatus Leodiensis à Soc. Jesu in. 12. et 14. Dominic. post Pentecosten est elocutus.

Apud P. Lopez, Mandi, Berchorium, et praecipue apud P. Labata compilata reperiantur praestantissima P. Graecorum et Latinorum loca, ut S. Chrysostomi Hom. 40. in 2. Ep. S. Pauli ad Corinth. Hom. 10. in Ep. ad

Rom. et Hom. ib. in hac verba S. Pauli ad Romanos: Op-
tarem ipse anathema esse, p.

S. Franciscus Salesius, et Cardinalis Dona proclare etiam
circa hanc materiam differunt.

B. Le Jeune ostendit, quod quemadmodum beatitudo
nostra in coelo in visione Dei consistit, ita etiam nostra
perfectio in terris ab ipsius amore pendeat, ad quem nos ip-
se obligat 1.º per suam legem. 2.º per sua beneficia. 3.º
per suas promissiones. 4.º per suas comminationes. pag. 90.
et seq.

Posunt etiam hae de re legi ea, quae Dominus Floriot
in suis homiliis moralibus, Dominus Stapletonius Anglus
et Professor Regius Lovanii in 1.º Dominicam Quadv. in Domi-
nicam 6. post Pascha, in Dominicam 12. et 17. post Penta-
costen edixerunt.

174.

Inter Sermones morales Domini Floriot unus circa ar-
gumentum hoc occurrit, in quo demonstrat, quod precep-
tum amoris Dei ut ut essentiale et ad salutem necessari-
um sit, plerumque tamen hominibus vel incognitum re-
maneat, vel ab ipsis negligatur. Sunt, qui arbitrantur,
posse se amorem, quem Deus debent, cum creatura partiri.
Alii sibi persuadent, quod saltem propter se ipsos Deum
diligere possint. Et plures ad eum amandum nullam vim
sibi volunt inferre. Primi non habent nisi divisum amo-
rem, ac ignorant, quod Deus amorem integrum et perfec-
tum ab ipsis deprecatur. Secundi non habent nisi amorem
impurum et terrenum, minusque adhuc norunt, quod Deus
valit diligi amore sublimi et casto. Tertii non nisi igna-
rum et desidiosum habent amorem, ac ignorare volunt,
quod amor, quem Deus ab ipsis exspectat, magnanimus et
fortis esse debeat.

Quamdiu quis ita affectus est, tandem non amat Deum,
propterea ipse vult amari. Oportet eum ex toto corde, ex tota
mente, et ex totis viribus diligere: Oportet nihil amare
propter Deum, ipsum amare propter se ipsum, atque velle
omnium potius verum, quam ipsius iacturam facere. Debet
hic amor esse integer, amor purus, amor fortis et magnani-
mus p. Tom. 4. pag. 169. et seq.

Posunt hae de re videri plures proclara veritates apud
P. Texier, et La Colombiere.

S. Thomas de Villa nova in suo de S. Magdalena Cane-

gyris, et in tribus sermonibus in Dominicam 17. post Pentecost. pag. 260. et seq. hoc amoris Dei argumentum solidissime et multa unitione prosecutus est.

Amor

Amor Proximi

Sermo Primus.

Pro Dom 12.
post Pentec.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse homini illi, qui incidit in latrones? At ille dicit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Vade et tu fac similiter. Luc. 10.

175.

En proclarum in una mystica Parabola exemplum, quod Christus Jesus ad nos erudiendum maxime aptum intuetur. Scilicet exemplum Samaritani, qui quamvis vera Religione destitutus praecipua tamen illius adimplet officia: Samaritani, inquam, qui hominem videns vulneribus confectum et semianimum, eundem curat, equo suo imponit, et in diversorium ducit, mandat hospiti, ut pauliorem illius curam gerere velit. Samaritani, qui erga miserum hunc hominem omnia illa pietatis exerceat officia, quae ei inspirat tenera Charitas, quae cor illius commiserationi aperit; Charitas officiosa, quae optis remediis manus admovent; Charitas sollicita, quae omnibus illius necessitatibus prospicit; Charitas liberalis, quae omnes sumtus ad ipsius Sanationem necessarios in se suscipit. An non hic est excellens Charitatis proximi, variarumque obligationum, quos ipsa nobis imponit, exemplar?

Verum ubi illam hoc, quo vivimus, saeculo reperiemus? Tantum abest, ut haec tenera Charitas vigeat, non nisi chalybeum cor ferreaque viscera erga proximum gerentes Insensibilis et dura Sacerdos cernis hunc hominem crudeliter saucium, et proteris. Procul ut quis hanc officiosam charitatem exerceat, haeret in gelida et barbara inertia. Vides eum lauto, vides, inquam hominem hunc vulneribus confectum, et aequè inhumanus ac Sacerdos ille viam tuam abis. Procul ut quis sollicitam et liberalem charitatem habeat, non nisi sua bona curat, ut sordida quadam avaritiâ eadem conservet; aut si quadam eneret liberalitas, eae tam infrequentes et exiguae sunt, ut qui eisdem magis obstringitur, interdum minorem pauperum gerat

curam, quam equorum et canum suorum.

Huc igitur accedite N. M. huc, inquam, accedite, ut emundamini, aut pudore suffundamini. Ut emundamini circa ea, quae fraterna charitas à vobis exposcit; ut pudore suffundamini aut emendemini super eo, quod in vobis hunc charitatis spiritum destruit. Christus Jesus proximum vestrum omnibus iis instruit, quae ad illum amandum vos inducere possunt: cupiditas omnia ea cordibus vestris contra proximum vestrum ingerit, quae ad eum non amandum vos impellere possunt. Christus Jesus vos fortissimis vinculis proximo vestro conjungit, vosque ad eum amandum validissimis rationibus obligat; mundana cupiditas et propriorum commodorum Studium à vestro proximo rationibus ad ingerendum vobis erga proximum vestrum ipsum plusquam ethnicam inhumanitatem aptis vos separati. Ex Jesu Christi praeceptis proficere non potestis, nec ipsius sequi exemplum, nisi proximum vestrum diligatis, falsa et perniciose cupiditatis principia sequi non potestis, nisi amorem, quem erga proximum vestrum habere tenemini, in vobis extinguatis. *Qui aures praebetis, an Christo Domino, qui est ipsa veritas et charitas? an cupiditati, quae est ignorantia et immanitas?*

Si Christus Dominus venit in mundum, non ut legem destrueret, sed ut eam adimpleret; non ut eam antiquioribus limitibus circumscriberet, sed ut latius patere faceret; fateamur, Aud: quod prociqne charitatis Christiana et amoris, quem proximo nostro debemus, gratia id ab ipso factum sit. Praeceptum, quod hoc de re accepimus, valut temporum seriem videtur esse sententiam, initium, progressum ac plenitudinem suam habuisse: initium quidem in lege naturae, progressum in lege scripta, ac denique plenitudinem suam in lege gratiae. Deus homines ad illud omnino tempore adstrinxit, quamvis non iisdem semper rationibus, et secundum eundem perfectionis gradum.

Illius fundamenta jecit in lege naturae. Poterat facere, ut ex pluribus hominibus nasceremur, et tamen voluit ut ab uno solo ortum traheremus, inquit S. Joannes Chrysostomus. Poterat formare eam de limo terrae, quem admodum Adam; tamen eam ex costa hujus primi hominis

176.
Divisio.

Part I.

177.

178.

* Rom. 24. in 1.
ad Corint.

Verum quid non egit Christus Dominus in Lege gratia, ut huic proximi amor omnem, quam habere poterat, amplitudinem et perfectionem tribueret? Primo confirmavit, quod jam stabilitam invenit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut te ipsum, excellens medium, cum amorem illum, quo nos ipsos complectimur, velut exemplar dilectionis, quam ipsi exhibeamus, nobis proponit!

Amor, quo nos ipsos diligimus, sincerus est, universalis, et efficax: est sincerus, heu! nimisquam; hic nulla unquam dissimulatio et fictio: est universalis, debiles aut perfecti, docti aut ignari, egeni aut divites, sani aut aegroti, longè extra patriam nostram aut in ipsius centro positi, ubique nos ipsos portamus, nunquam nos ipsos deserimus, nunquam odimus. Est efficax; non hic sunt officiosa verborum blanditia, quae nullum afferunt commodum, sed officia realia, quae nobismet ipsis exhibemus. Et quid ex his sequitur? nempe, quod, si tenemur diligere proximum nostrum sicut nosmet ipsos, ita etiam erga illum, sicut erga nos ipsos sincerum, universalem, et efficacem amorem habere debeamus.

En jam bene multa; nam si haec ita sint, Sufficitne, nullum proximo nostro velle malum; ipsum iniquis actionibus in possessione bonorum suorum non turbare; nullum improbum ipsi facere negotium; testari, nos, ubi tulerit occasio, ipsi obsequia praestituros? Sufficitne, quod ipsum non iritemus, ipsi non contradicamus; ipsum in prospera fortuna sua, et cum moribus suis, obsequiosus, lepidus, bonus et fidelis ~~et~~ amicus est, diligamus? Ita hoc Sufficit, si amor, quem erga nos ipsos gerimus, est amor simulatus, divisus, amor iners et inutilis. At vero si tenemur cum ipso sicuti nobiscum ipsis ~~ex parte~~ propemodum agere, si tenemur ipsum eo, quo nos ipsos, affectu prosequi, procul dubio id non Sufficit, Christianaque charitas longè alia officia à nobis exigit; multum namque, ut verè, realiter, et efficaciter illum diligamus, ipsius infirmitates Sufferamus, sicut

optamus, ut alii nostras tolerent; ut ipsi in suis necessitatibus opem feramus, prout libenter habemus, ut alii nobis in nostris opitulentur, ut ipsum consolamur in suis afflictionibus et infirmitatibus, quemadmodum in simili occasione cupimus, ut alii nobis huiusmodi amicitia significationes exhibeant. Nimis longum foret hic singula persequi; ulterius progrediamur, nec quidquam praetermittamus eorum, quae praclare simul et solida in hanc rem commemorat S. Chrysostomus.

Quia nos ipsos nimis, proximum vero nostrum non satis diligimus, hinc imprimis Christus Jesus nobis praecipit, ut eum sicut nos ipsos diligamus: varium quia hic proprius amor vitiosus esse potest, imò sapientia circa res immundas re ipsa talis est; quid factum? huic primo exemplari additum est alterum, quod hunc amorem proximi nostri augere simul et sanctum efficere capax est. Diligamus eum in Deo et propter Deum; huc quod secundum praecipit Christus Jesus; et quo charitas Christiana à profana discernitur, necnon supra virtutes morales evahitur, ac perfecta simul et laeta patens officitur.

Procul igitur absint à nobis carnales illae et pravae amicitiae, amicitiae illae, ubi sicut in nobis, ita etiam in proximo nostro ipsius vitia diligimus; amicitiae illae, inquam, ubi in perpetrando flagitiis, iniquisque habitibus commercium mutuum nobis invicem praestamus operam. Sic enim non nos ipsos aut proximum nostrum diligimus in Deo et propter Deum; sed propter carodamorem ac penas aeternas, inquit S. Chrysostomus.

Procul sint à nobis isthaec frigida verba; acur hunc hominem diligam, ipso nihil utor? cur ipsius, feram intemperiam? cur in illum officia mea conferam, ego, qui illius opera carere, ipsiusque importunitatibus me arripere possum? Cur, respondet S. Chrysostomus? quia Deus id exigat; quia Christus vobis praecipit, ut diligatis invicem, sicut ipse vos dilexit; quia id sibi factum reputat, quod fratribus vestris praestiteritis; quia se ipsum tanquam perfectum exemplar illius observantiae, quam vos erga ipsos habere vult, proponit; quia iura illa, quae in vos et corda vestra habet, in illos transtulit; quia vobis dixit, quod nisi ipsos diligatis, nunquam ipsum amaturiditis; quia se in ipsis exhibet

buit, atque hic in terris ipsius ricas gerunt, quia denique, ut hujus laudati S. Patris verbis utar, vobis nomine Christi litteras commendatitias deferunt.

Si aliquem aestimamus, ei que revera apud illos, quibus in pretio sumus, officium prestare volumus, ipsi litteras commendatitias damus, quibus illis significamus, nos omnia in eum ab ipsis collata beneficia ac officia conspiciamus illi protectionem in nos suscepturos. Mei causa cum amata, dicimus, non quis illa, sed quis ego apud vos sim, pensate; qua data occasione gratum inde ergo vos animum meum experiemini; vestri in me studii argumenta mihi in ipsius personam, quasso praebeate.

Si Christus Jesus in Evangelio, quod S. Chrysostomus Epistolam ab ipso ad nos scriptam vocat, locutus est. In eo proximum nostrum omni sollicitudine, omnibus urgentibus modis ac inuitamentis nobis commendat; modo hisce nos compellans: Diligite eum, quidquid feceritis uni ex his minimis meis, mihi facitis; modo Sum Magister vester, praeipio vobis, ut ipsum diligatis. modo, In hoc cognovistis omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Uteratne ~~magis~~ urgentioribus inuitamentis nos ad hanc charitatis officium impellere? Et cum ultro agnoscamus illius ^{nos} in auctoritatem, immotam veneratam, quam habemus illi obediendi, comminationas, quas nobis intentat, si inobedientes ei fuerimus; praemia aeterna, quae nobis promittit, si fratribus nostris ea omnia auxiliata, quae jure merito à nobis expectant, praestiterimus; possumus nos, quin Spei nostrae renuntiemus, ab hoc officio nos eximere? Attamen jam dixi, idque, prohi dolor! nimisquam verum est; quo majori studio Christus nos proximo nostro conjungere allaboravit, eo majori sollicitudine cupiditas nostra ab eo nos separare studet. In fratribus nostris ea omnia collocavit, quae ad eos diligendos impellere nos possunt; et cupiditas haec subtili quadam malitia adversus fratres nostros cordibus nostris ea omnia ingerit, quae ad illos non amandos inducere nos possunt.

Et profecto, ut singula ad conditionem nostram apta persequamur: Si Christus Jesus, ut nos ad fratres nostros diligendos obliget, vult, ut simus erga ipsos sinceri, humiles, nostris commodis non servientes, mites, patientes, obsequiosi: si, prout loquitur, S. Patrus, vult, ut inter nos sit perfecta animorum concordia, officiosa bonitas, grata morum suavitas,

* Matth. 25. v. 40.

* Joan. 13.

Part 2.
183.

propensionis Sympathia, tenera Dilactio, charitas, quae omnia exultat, et omnia suffert: Si has omnes mentis et cordis affectiones tanquam signa veri Christiani et fidelis Dei Christi Discipuli respicit: Si adhibet, quod hoc sit nostrae vocationis caracter, et id, ad quod vocati sumus, ut tanquam haeredes recipiamus mercedem, quam Deus nobis recondit. Si, inquam, haec ita se habeant, ubi illa Christianae charitas? et quid mundana cupiditas, quae ipsis est contraria, perniciosior illis, quas nobis inspirat, affectionibus, non morletur? ubi Sinceritas illa et humilitas? ubi agendi ratio ab omni proprio commodo aliena? ubi patientia, commiseratio, et comitas? ubi affabilitas illa inter homines, quorum aliqui Superbi sunt et pertinaces, alii iracundi et impatientes, hi inclementes et avari, invidi isti et morosi omnes ferme subdoli et fallaces nihil homini et Christiani habent, praeter nomen, quod gerunt.

184.

Infinitem penam negotium in me suscipere, Aud: si omnia horrenda peccata illa, quibus homines in se ipsis dilectionem proximi destruant, vobis explicare est animus. Ea sunt, quae expendantur, quae ipsis minus Scrupuli evadunt; artificiosas hinc intelligit: calliditates illas, quas cupiditas et amor proprius excitaverit ad perfundendam veram charitatem methodo admodum ingeniosa et subtili.

Inter homines honestos, Aud: reperitur necio quae politia et vaser probitas, quae, ut scilicet finem suum assequatur, se totam alienis necessitatibus devovere videtur. Videas huiusmodi homines in id totis viribus incumbere, ut in proximum suum officia sua conferant, idque interdum tanta animi magnitudine, ut nec prius rogari, nec inde sibi grates ullas referri cupiant, adeo horrent velle videri, quasi propriis ~~libris~~ commodis studeant. alienis negotiis, velut propria obliti, toti incumbunt, se personis, quae ipsos nec minimum attingunt, devotent; earum necessitates antevertunt; occasiones ipsis obsequia praestandi auccipiantur. O quantus amor proximi! dicitis. fallimini Aud: fallimini. Dicite potius, quod hinc non sit nisi amor proprius. Dicite potius: quod hinc sit argutissima proprii amoris calliditas.

Ut haec de re aequum iudicium ferre valeatis, perpendite hominem, qualis est naturaliter respectu aliorum,

et sui ipsius. Quantum ad alios, ipsorum ad honores erectio-
nem sine interna quadam indignatione tolerare non po-
test. Si proclaris dotibus et illustribus virtutibus pollent,
inde ipsis invidet; ipsorum gloria ac prosperitatis amulus,
et quod videat, ipsis res ex animi sententia succedere, at-
que in eos laudes ab aliis congeri, tristatur. Quantum
ad se ipsum vero, ita sibi ipsi obstrictus est, adeo perditè
se ipsum diligit, ut omnes affectiones omnesque curas
in se ipsum exhauriat. Verum quia, ut se ipsum sustineat,
cogitur interdum observantiam erga alios habere, iustitiam
et honestam agendam rationem inire, se ipsum mentiri,
ut publici aestimationem et fiduciam sibi conciliet;
agit exterius, quod homo, qui verè proximum suum dili-
git, in sua cupiditate charitatem omnium generosissi-
mam imitatur, propriorum commodorum neglectum
affectat, quamvis revera ad se ipsum omnia referat,
meratoribus illis similis, qui vultu ac verbis comiter
ac benevolè eos accipiunt, quibuscum ipsis intercedit ne-
gotium, in id artes suas intendit, quò sibi amorem illorum
conciliet, à quibus commodum aliquod sperat. Inde
etiam quamprimum ipsi sunt inutiles, vel ipsius consi-
liis adversantur, non modò ipsos contemnit, verum eti-
am eorundem molitur exitium, si aliter finem suum asse-
qui non valeat. Quid igitur habet simile, quò sincere
ipsis benefacere velit, ipse, qui ipsorum felicitati in-
videt, et ipsos circumvenire clam adnititur? Ipsa, qui
velut proceras arbor omnem circumjacentis terra succum
ad se trahit, et non nisi ad vicinas plantas arfaciendas
est apta.

Videas hunc Aula assulam ultrò se iis devovera, in
quos officia conferre potest, ultrò arrogantiam illam et
supercilium, quod natales aut fortuna ipsi tribuunt, depo-
nere, ut magis familiaris sit et affabilis: quis non crederet,
cum illos verè diligere, quibus has amicitiae testifica-
tiones exhibet? Sed fraudulentus vir est, et civis Scana-
serviens: ut alter Absalom* qui humili et obliqua urba-
nitate populorum animos sibi devincere studet, amplexans
et deconvulsans, sicut ille, eos qui se salutatum veniunt; in
eorum negotia, sicut ille, inquirens; conquerens, sicut ille,
quòd nemo ipsis jus dicat, ipsisque testificans, se jam jus-
tè judicaturum, si alio, quàm nunc sit, loco collocatus esset.

185.

* Cum audiverit
ad idem homo
ut salutarerit
idem, exten-
dit manum
suam, et appre-
hendens oscu-
labatur eum
..... Ius me

constituat Ju-
dicam Super
tarnam, ut ad
me veniant
omnes, qui ha-
bent negotium,
ut justa judi-
cam. 2. Reg. 18.

Audias hos fratres fratris tui aut sororis tuae cala-
mitatem, quae ipsos iniquitate obruit, lugentes, quis
non crederet, eos ex commiserata charitate generari
at sunt impostores vel barbari fratribus Joseph,
genes. 37. Similes, qui ipsum vendiderant, et ejus
tunicam in sanguine hirci tinctam lacrymantem ad
Patrem dederunt.

* Josue 24

Videas alios illorum necessitudinem et amicitiam
prostantes, quos prius non noscebant; crederes eos bo-
na fide agere; at Gabaonita sunt, qui has versutias
adhibent ut incautum Josue circumveniant; Sunt Sau-
les, qui ea duntaxat ratione suam Michol Davidi col-
locant, ut scilicet ruina ipsius causa sit, nec non in
manus hostium suorum incidat; Dabo eam illis, ut fiat
ei in scandalum, et sit super eum manus Philistinorum.

186.

Charitas fraternae ubi es, et quò devenisti? Rem in-
auditam! Saepè ii ipsi, qui vitam innocentissimam
juxta et modestissimam agere videntur, contra gra-
ve munus istud patiunt. Namini cadere volumus, nul-
lius gratià incommodum aliquod sentire: Beneficia
traduntur oblivioni; injuriarum verò memoria aeterna.
Oportet, inquam, diligere proximum, nec tamen eum di-
ligimus: Oportet ipsi in suis calamitatibus opam ferre;
et tamen nemo ipsi auxiliatur, aut si quae in ^{eam} conferen-
tur obsequia, id fit minus ex quodam charitatis spiri-
tu, quam ex motu carnis et amoris proprii. Naturalis qua-
dam propensio, emolumentum cujusdam spes, timor, ne nobis
malis accessamus, desiderium ne nostris commodis ser-
vire videamur, sed ut tanquam honesti habeamur, cupi-
ditas vana gloria, amor proprius, intentio pharisaeica,
mille aliae insinuant, et us omnibus, quae proximi nos-
tri gratià agimus, facile se immiscent, inquit sapiens quidam
vita spiritualis Magister.

Immutamus, Aud: nostram agendi rationem; diligamus
proximum nostrum sicut nosmet ipsos; diligamus eum in
Deo et propter Deum, diligamus eum sicut Christus Jesus di-
lexit: et si ad tam excellens exemplar omnino nos confor-
mare non valemus, imitemur saltim à longè patientiam, sua-
ritatem, commiserationem, humilitatem, propriorum com-
modorum neglectum hujus Dei hominis, qui vult, ut in hoc co-
gnoscant homines nos esse ipsius discipulos, et qui asseverat, quòd
quidquid fratribus nostris facerimus, id ipse nobis sit facturus.

De Amore Proximi.

Sermo Secundus.

Turbæ requirebant eum, et venerunt usque ad iherosolimam, et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei. Luc. 4.

Pro feria 5^{ta} tertiae hebdom. in Quadrages.

Cum filii Dei et populorum, qui cum sequuntur agendi rationem considero, vides mihi cernere excellentem charitatis, quam proximo habemus, imaginem simul et humanae cupiditatis, quae illi adversatur, exemplum. Christus Jerns, quorumque transit, energumenos liberat, et agros sanat: En heroicae charitatis ideam. At Capharnaïtae ipsius praesentia praesentia velut fascinati et propriis commodis studentes eum apud se retinere volunt, nec permittunt, ut alii hanc ipsorum felicitatem cum ipsis partiantur. En mundanae cupiditatis ideam.

Inde etiam haec circumstantia me permoverunt, ut pro hujus sermonis materia amorem proximi ab amore proprio impugnatum seligerem: Amorem proximi, cujus adeo praclarum exemplar in persona Jesu Christi reperimus. Amorem proximi, cujus adeo iniquam transgressionem intuemur in immodica sollicitudine et cupiditate Capharnaïtanum: Amorem proximi, cujus praecceptum cum praeccepto diligendi Deum valuti confusum est, eò quod super utrumque tanquam binos polos tota Religio Christiana iis constanta volvatur: Amorem proximi, cujus transgressio adeo ordinaria est et funesta. Nunquam visa fuerunt tanta divisiones in familiis, tanta discordia in civitatibus, tanta rixa inter vicinos, tanta aemulationes inter ejusdem artis homines, tantum animi frigus et negligentia inter eos, qui etiam religiosissimi et piissimi videntur.

Quò circa tam grave argumentum munera nostra et transgressiones cognoscimus, Etia in praeccepto amoris proximi nobis consideranda veniunt: natura scilicet, ordo, et Spiritus praeccepti. Natura, quae nos ad amandum proximum nostrum obligat. Ordo, qui nobis modum, quo illum amare oportet, praescribit. Spiritus, qui nobis causas designat, ob quas eum amare debemus.

Atque quae cupiditas et amor proprius nobis inspirant. Pravam contra naturam hujus praeccepti per apertas violationes; contra illius ordinem per eversionem regula-

Divisio. 138.

rum, quae in eo nobis praescribuntur; contra illius Spiritum, per mille secretas fraudes, quae nos impediunt quo minus illud adimpleamus.

Part. I.
189.

Sapientissima animadvertit S. Augustinus, quod ea omnia, quae in S. Scriptura continentur, nobis amorem proximi exhibeant vult, iustitia debitum, ad cuius completionem mille rationes nos provocant: Debitum naturale, Debitum facile; Debitum utile, quod natura, lex et gratia nos non ipsamet illius facilitas nobis persuadent.

Natura nos efformando haec prima amoris semina coribus nostris iniecit. Omnes eodem chaos aduti sumus, eadem massa depositi, ab eadem manu formati, eadem linea menta gestantes, mutua nobis omnibus sunt necessitates, mediaeque nobis reciprocam operam operamque praestandi: non alio, ut videtur, opus est, quam ut nosmet ipsos nostris naturalibus motibus permittamus, qui possunt omnes difficultates solvere, quae in adimplatione tam gravis officii occurrunt, et quibus intelligimus, quod aequum haud sit, eos in suis calamitatibus deserere, qui nobis in nostris opitulari possunt.

Nobis omnibus dispartita sunt dotes, nos non etiam mutua necessitates. Cum quisque nostrum peculiaribus dotibus sit instructus, ea profecto aequè in aliorum ac proprio nostro commodum nobis concessa fuerunt, et quia mutua nobis sunt necessitates, alii dotes illas, quae ipsis propriae sunt, aequè in nostram ac ipsorummet utilitatem acciperunt. Si divites estis, si magna prudentia et ingenio polletis, facultates vestras sublevando proximo vestro in suis necessitatibus impendere debetis; prudentiam vestram, ut cum probis consiliis ab ipsius anxietate et dubitatione liberatis; si sentiam vestram et ingenium, ut ipsum in sua ignorantia auxiliatis.

Haec sunt, quae ipsi tribuitis; sed eus ea, quae vicissim ab eo accipitis. Si namque vobis dotes quadam, etiam quaedam necessitates vobis sunt, cum impossibile sit, ut nullo proprio auxilio unquam egeatis. In hoc statu sicut proximo vestro obsequium praestare potestis, sic etiam de vobis bene mereri poterit; quomadmōdem illi manus et cor vestrum praebere valeatis, ita illa bonis officiis vobis respondere debet, cum prima iustitia et charitatis Christianae lex sit, ut id alteri faciamus, quod nobis ipsis fieri vellemus.

Quantum commoda nobis à tam sancta lege obveniant. Nemo amplius cum Ethnicis dicat: Christianos esse homines fa-

rores, parum tractabiles, austeros, Societatis et quietis publicae hostes. S. Augustinus, qui eos ab hac calumnia vindicavit, ad refutandam adeo atrocem calumniam unicum dilectionis proximi praeceptum adducit. Proferte mihi, inquit, vel unicum ex legislatoribus vestris, vel unicum ex Philosophis vestris et Sapientibus illis, qui novis legibus alios homines reformare conati sunt; datus unicum, qui praeceptum huius aequiparandum unquam stabiliverit: solve et solve libros vestros, et ostendite mihi vel unam novam Legem, quae melius encoitata, majori Sapientia perducta, atque Societatis bono utilior sit, quam ista.

Enimvero cum proximus ad me diligendum, mihi subveniendum, mihi non modo facultates sed et cor suum prebendum adstringitur, pariter ac simul ego ad eadem ipsi prestanda officia obligor. Mutuae sunt obligationes, nec alio opus est, quò suavis et aeterna nexatur Societas. Mandatum hoc est Statuum propugnaculum, tranquillitatis et quietis publicae principium, et si dilectionis proximi praeceptum juxta suas omnes circumstantias observari non potest, tunc nec furti, nec caedes, nec adulteria essent, nec pax et concordia ubique Dominarentur; proximus manus commodorum majorum eandem ac suorum rationem haberet, atque sic se obsequio meo devoveret, quem ad modum ego de illo bene mereri studerem. Nullus adversus fortunam casus animum torqueret, nullam insultationem perferret, fatimascarem, eadem charitas me ab omnibus his calamitatibus tutum prestatet, et apud alios idem fraternum cor invenirem, quale ego in ipsos habere.

Sed o cordis humani tyrannis et injustitia, quam magna es! Amore proprio pleni cupimus, ut omnes nos diligere, colere, nobisque obsequerentur, et nos eadem charitatis officia fratribus nostris denegamus! quidquid in dilectionis mandato nobis utile continetur, illud a sumimus, et idem privilegium proximo nostro abnuimus, quid iniquius! Nihilominus talis est plerorumque hominum interior constitutio, et quae eorumque apud eos ventum est, proli ad quantam morum prolapsionem ac licentiam non deflectunt! Inde excruciant illa principia ad illorum pedes reptandi, à quibus quidpiam speramus, ac ceteros omnes, quorum fortuna conditioni nostrae perniciose est, circumveniendi, fraudes, mendacia, turpes assentationes, in-

justitias committendi, dummodo hinc flagitiis tot gradus
nobis construamus, quibus evahamus.

Quot videmus, qui sub vultu hominis cor gerunt ferinum?
quot, qui propter legum severitatem in fratres suos manus
injicere non ausi aeternas contra eos abunt inimicitias? Ubi
quisquam nos offendit, proh! quam acerbum animi dolorem
inde non concipimus? quid non agimus, quo vindictam ha-
mamus, in alio non nisi inimici, nunquam vero proximi
qualitatem considerantes? Sine legum praesidio homo ho-
mini formidabilior esset, quam tygrides et leones, minor
que sacrositas in civitatibus reperiretur, quam in vastissimis
et maximè horribis solitudinibus.

191.

Verum quia magis impuni maledici quam homicida
esse, inde fas est judicare, quantà licentia istud amoris pro-
ximi praescriptum violatur. Si vestigio fallatur, aut ipsi
quoddam infortunium accidat, tantum abest, ut ipsum
exigamus, quin obruimus; tantum abest, ut ipsius misera-
mur, quin atrocibus obtruncationibus eum prosequimur, acci-
bis dicitur ipsi insultamus, sanctissimas actiones infamia
maculis obruimus, occultissima peccata patefacimus; res
omnino indifferentes in improbum sensum trahimus; si, quae
apparent exterius, damnare non valemus, saltem intentio-
nem judicamus; si aperte fratrem nostrum impetere non
audemus, saltem clam et occultè turpibus calumniis ipsum
famam laceramus. Atque funesta tempora illa attigimus
de quibus olim S. Paulus in secunda sua ad Timotheum epis-
tola loquebatur; ubi cum summo animi dolore videmus
homines se ipsos amantes, cupidos, elatos, Superbos, blasphemos,
parentibus non obediens, ingratos, Seclastos, sine affectione
sine pace, criminatores, inconstantes, proditores, amore pro-
prio nimis plenos, charitate et aequitate erga proximum su-
um vacuos.

O Spiritus justitiae et aequitatis destitue in nobis infelicem
hunc tantorum criminum fontem, minue hanc maledic-
tam cupiditatem, ac in ejus locum substitue charitatem, et
in illa justitiae et aequitatis specie, quae vult, ut cuique suum
tribuatur, designa nobis ordinem hujus dilectionis proxi-
mi mandati, ut charitas nostra in intelligentia et lumine
crescat.

Part. 2. 192.

Plura in charitate veniunt observanda, quam fortè

* In haec verba:
ordinavit in
me charitatem.

arbitremur, inquit S. Bernardus*, est ardens et viva, sed oportet, ut illustrata et pondens sit; ignem habet et gelum, at oportet, ut iustitia et circumspicione temperentur; bonam voluntatem et intentionem habet, sed oportet, ut ordinem servet propter varias proximi utilitates, quibus prospicere tenetur.

Ex hoc principio ajo id quod istud ad id celebratum principium, sicut videlicet proximum nostrum sicut nosmetipsos tractemus, ad rigorem sumi non debeat, quasi tuncamur, eandem utilitatum suarum temporalium ac nostrarum habere rationem. Rem explio.

Quando agitur de commodo temporali ad commodum temporale, lex, qua mihi praecipit, ut proximum meum diligam, non mihi praecipit, ut ipsi absolute eadem jura mea: hoc iusta persaepe possum, imò quandoque mihi in peccatum imputaretur, si id praetermitterem; verum ubi animadverto hac juri meorum prosecutione ipsum ad incitatem et mendicitatem redactum iri, tum Christiana charitas à me exposit, ut in me ipsum quodammodo durus et asper sim, quò ipsi utilis esse valeam, nec non vult coartari, ut in istis tam gravibus extremis, jus meum dilectioni, quam erga ipsum habere teneor, sacrificem.

Necdum satis, affero praeterea, charitatis Christianae ordinem exoptare, ut certis quibusdam casibus commoda spiritualia proximi nostri propriis nostris temporalibus preferamus. An ignoramus, salutis nostrae negotium omni alii negotio anteponi debere, laus enim tantum abest, ut nos ipsos amemus, quin potius odoremus? quid enim est amare se ipsum, nisi omnino niti, ut omnium bonorum maximum adipiscamur? at verò nullum utique majus quam salutis et aeternae gloriae bonum; adeoque nunquam melius nos ipsos diligimus, quam ubi propter tam nobilem tantique momenti finem operamur.

Atqui magnus hic amor exemplar sit oportet illius dilectionis, quam proximo nostro debemus, eò quòd teneamur illum sicut nos ipsos diligere; unde si ferat occasio, ut ipsius spiritualibus commodis servire non valeamus, nisi nostra temporalia commoda deseramus, quia temporale spirituali subjacet, charitas postulat, ut unum propter alterum cedamus. Exemplum hoc, adoranda servator, nobis

dedisti, et haec est consequentia, quam ut ab eo sedua-
mus, vult dilectus tuus Discipulus.

Qua cum ita sint, facile est concludere, quod idem
ordo exoptat, ut una animam proximi nostri solliciti
simus, priusquam corporis ipsius curam geramus, ut ei timo-
rem Dei inspirare studeamus, et ad illius mandatorum vi-
am eum dirigamus, priusquam ipsius temporalibus neces-
sitatibus prospiciamus. An non salus aeterna majoris est
momenti, quam fluxum quoddam auxilium? An non
anima suapte natura immortalis, atque ad fruendum
Deo nata plus est quam esca et vestimentum, inquit Je-
sus Christus?

* Matth. 6.

193.

At nondum satis. Quamvis charitas sit universalis, quam-
vis parvos aequè ac maguos diligat, egenos aequè ac divites,
Religiosos aequè ac haicos, meritos aequè ac immeritos, tamen
certum est, quod, ut ut protensa sit haec virtus, tantum
absit, ut res et personas confundat, quin potius variis qua-
litatibus variisque gradibus hominum se accommodat.

In ordine dilectionis proximi, inquit S. Thomas, reperientur
quosdam officia specialia, quae quosdam magis urgent, quam
alios. Amicus est charior inimico, domestico extraneo, proles
domestico, Christianus infideli, vir, quocum est nobis quaedam
coniunctio, quam ignotus: ac in his circumstantiis, quando
sunt aequales, ordo postulat, ut illi adhaeramus, qui nobis
est proximior, ut pater et mater victui et educationi libe-
rorum sint intenti, Hecus et paterfamilias, quae domesti-
cum suum tangunt, curat, et sic de caeteris.

Verum an semper hanc regulam probè observamus? an ea
a quo semper hunc ordinem sequimur? Quin quidquam de hor-
renda illa erga pauperes inhumanitate dicamus, ubi inve-
niuntur, qui vel minimum à suis commodis discedant? Quod
à contrario, qui ubi cum adversariis suis litam componere sol-
vent, rem ad molesta usque et acerba extrema deducunt,
debitoribus suis nec minimum temporis spatium indulgentes,
falsoque sibi persuadentes, quod, cum tribunalia non alia
ratione sint exerta, quam ut ibi jus dicatur, peccatum haec
sit, si proximum suum iuxta omnem legum rigorem perse-
quantur; dummodo ipsorum agendi ratio et modus solo et
fallacia vacet.

Quot in familiis, quae magis Christiana videntur, sunt, qui-
bus proximi corpus magis quam anima curae est, qui ipsius in-
digentia magis, quam morum perversitate commoventur,

qui liberis ad magnas dignitates optimamque fortunam promovendis magis sunt intenti, quam timore Dei et sanctae ipsius Legis observantia imbuendis? Liberos diligunt non nisi ut perdant; si nulla ipsis pietas et religio, tum altum silent parentes, modo ingenio et vermitia polleant. Si devoti, timentes Deum, et cum hoc timore quamdam corporis infirmitatem patientur, tum ipsos aspernantur, acerbè accipiunt, et odii prosequuntur. His omnibus non obstantibus arbitrantur se proximum suum diligere; et hi sunt errores, quos ut vobis detegam, oportet.

Quamquam charitati nihil adeò contrarium sit, quam amor proprius, mirum tamen est, quòd hic aquè ac illa easdem vias insistant, et quòd, ut probè dignoscatur charitatis Christiana modus agendi, solummodo sit attendendum, quid perspicax amor proprius, qui ratione ad sibi propositum finem tendit, moliatur.

Homo non modo se ipsum, sed etiam non nisi se ipsum solum diligit, non modo suis commodis et utilitatibus, sed quoque non nisi suis commodis et utilitatibus studet, seque velut omnium rerum centrum reputat, nec non cupit, ut ceteri solummodo ipsius dilactione et obsequio occupentur.

Sed quòd mirandum; haec animi affectio ipsum reddit mitem, honestum, misericordem, affabilem. Ubi arrogantia intantum suum obsequi non valet, quid agit? Tum astutiam, industriam, et hypocrisim violentiam substituit. Modo amor proprius finem suum consequatur, cetera parum curat, et saepe charitatis officia exterius adimplentur, quin vel minimam partem in iis charitas habeat.

En inauditus, quem deploro, error, quòd dum externis charitatis operibus vacamus, tamen illius spiritum haud tenemus: error modo misericordiae, modo vanitatis, modo politicae, modo justitiae, modo intempestivitatis, modo negligentiae. Singula expendo.

1.º Vero errorem misericordiae ea officia, quae ex humano quodam affectu, ex propensione generositatis, commiserationis, tenentudinis in proximum nostrum conferimus. Proximo nostro opitulamur, eumque diligimus, sed cur? quia mores ipsius placent, humilitas demulcet, certa quaedam sympathia grata est. O charitas naturalis nullius apud Deum est meriti, commiseratio humana non est id, quod ipse, ut proximi dilactionis officio satisfaciat, expetit.

2.º Errorem vanitatis vero ea charitatis officia, quae ideo

Part 3.
194.

proximo nostro exhibemus, ut nobis famam et existimationem comparemus. Nihil adeo contrarium, quam charitas et vanitas, et tamen nihil adeo simile, inquit S. Augustinus: ambae eandem functiones obeunt. Charitas eos, qui esuriunt, alit; alit et vanitas. Charitas impetientis probris consiliis est intenta; intenta est et vanitas, at ut in litterarum studiis expediti et versati videamus. Charitas est urbana, affabilis, et misericors; est et vanitas, sed ut inde laus honorque obveniat. Talis Xenodochia et carceres obibat, ut in oculis hominum beneficium appareat, quamvis re ipsa nihil minus, quam beneficentiam cordi habeat.

Tertius error est ille, quem errorem politica nuncupari. Quot sunt, qui sub obtentu sublevandi proximum, propria curare, atque jacturam, quam forte passi sunt, recarere student? Quot Xenodochiorum et Parochiarum curam suscipiunt, ut miserorum eleemosynis et patrimonio Jesu Christi pinguescant? Quot, qui omnes charitatis conventus frequentant, atque sub specioso isthoc velo cor et mentem Pharisaeicam gerunt?

Quartum errorem voco errorem justitiae. Talis beneficentiam affectat, postquam crudelis fuit; ea latrocinis et exactio- nibus eleemosynas elargitur, ac si furtorum suorum complice- rem Deum facere vellet, quasi licitum esset hominem spoliare, ut vestis ipsius alteri tribuatur, ac si sacrificium viduae et orphani sanguine compositum Domini gratum foret? Magnificentiam affectat, et ad alienum dissolvere non vult; pauperibus vult benefacere, et creditoribus ~~non~~ huius non satisfacit; operarios cum moerore mercadem suam ex- postare sinit; in causa est, ut Mercatores fore cadant, sortemque et foenus obmuntient, nec non ad inicitas redigantur; Domestici, qui naturaliter sunt primi pauperes, mercede sua frustrantur, dum quibusdam miseris opem fert, quia sui desiderium in mundo vult relinqueri, amorque proprius his splendidis factis delectatur.

Sed callidior adhuc est error ille, quem intemperitatis errorem dixi. Cuilibet homini est suum professionis genus, specialiaque in adimplenda officia: Qui hos limites transgreditur, haecque officia negligit, ut alia amplectatur, tum nec beneficium nec justus est.

Nihilominus soepe ovidit, ut mille charitatis officiis nos ipsos implicemus, quae nostrae professionis genus minime tangunt, et quae Deus nunquam probabit. Sic videas mulie-

ros carus conscientia proponentes, atque in materia salutis peritiam quamdam praeferentes; Laicos, se religionis negotiis immiscentes, et ad ea, quae ipsos minimè tangunt, reformanda adjucentes animum, dum interim maximè essentialia conditionis suae officia negligunt.

Nam ut ad ultimum errorem veniamus, quem negligentia errorem nominavi: Quantas confusiones singulis diebus non videmus! Summa charitatis regula est, ut à nobis ipsis initium capiamus, prout S. Bernardus rectè Eugenio Papa dicebat. Nos prima amoris Christiani objecta sumus, necnon solatio propriarum necessitatum nostrarum occupari debemus, priusquam ad opem aliis ferendam simus intenti: Sed heu! Saepe ex nostra propria negligentia ultimo loco nos ipsos collocamus; saepe ex malè comparata charitate aliorum defectus lugemus, quin vel minimum nostros cogitemus; saepe proximum nostrorum consilio iuvamus, quin ullum nobis impetiamur.

Pedem ab istis erroribus referamus, Christiani Auditores, atque gravi hoc morali Jesu Christi procepto stemus, qui vult, ut mutuo nos amemus, quemadmodum ipse nos amavit; Hoc est proceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. ac si nobis diceret: Ego vos gratuita dilexi, et vos sine ulla commodi spe diligite invicem. Salutem vestram omnibus alijs rebus praeferite, et vos fratrum vestrorum et vestram omnibus alijs rationibus praeponite. Mortem pro vobis pertuli; ah saltem pro fratribus vestris vivite, et si ipsis vitam vestram non praebetis, ipsos facultatibus vestris sublevate. Hoc est proceptum meum; haec est vera ratio felicitatis in hoc et altero mundo.

Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum
circa amorem proximi.

Geminam nobis S. Scriptura charitatem commendat; inquit Hugo à S. Victore*, Dei videlicet et proximi. Charitatem Dei, ut sic ipsum diligamus, ut in ipso gaudeamus. Charitatem proximi, ut sic ipsum diligamus, non ut in ipso, sed ^{ut} cum ipso gaudeamus in Deo. Deum diligere propter se ipsum, proximum nostrum vero propter Deum, in ambo

196.
* Erudit. Theol.
De Sacramentis 2.
part. 13. c. 6.

nostra munera. Diligere Deum propter se ipsum, quia ipso solus summum bonum nostrum est; diligere proximum propter Deum, quia bonum est nobis cum ipso commune. Diligimus Deum ut usque ad ipsum nosmet attollamus; proximum nostrum diligimus, ut una cum ipso ad Deum perveniamus. Et sic diligimus homines propter Deum, sive quia ipsum iam per charitatem possident, si namque justi sunt: si Deum non diligeremus, neque ipsos diligeremus, at ubi eos propter Deum diligimus, dilectio haec usque ad principium, unde prodiit evahitur: Nam vel sunt ipsius amici, vel inimici; si amici, ipsos in Deo amamus, eo quod ipsum possideant; si inimici, ipsos propter Deum amamus, ut illius amicitiam, quam perdidissent, recuperent.

Hi sunt duo rivus ex eodem fonte manantes, duae lineae ab eodem centro procedentes, et quae igitur ad Deum conjungi debent. Inde etiam de hac proximi charitate dicere possumus id, quod S. Paulus de illa asseruit quae immediate Deum respicit eam videlicet habere suam altitudinem, latitudinem, longitudinem, et profunditatem. Suam altitudinem, haec fraternalis charitas usque ad Deum affectus; suam latitudinem, omnes homines complectitur; suam longitudinem, semper et omni tempore illos diligit; suam profunditatem, se humiliare non dedignatur, ut ipsos diligit. Est in suo objecto supernaturalis, in sua amplitudine universalis, in sua duratione constans; omnes diligit, semper diligit, eos diligit cum personalium commodorum et propriae gloriae detrimento.

II.

197.

Sapientiae virtutes nostrae non sunt nisi virtutes morales, sapientiae proximi nostri dilectio in civilitatis et decentiae officia consistit; id agere Ethnici, id quotidie agunt homines, qui in mundo honesti reputantur; at id non agit perfectus Christianus. Est meus intimus amicus, ipsi beneficii nomine sum devinctus, ipsum diligo, nullum studii genus erga illum protermitto, haec loquitur Ethnicus: Diligo ipsum propter se ipsum, diligo illum propter Deum, haec Christianum loqui oportet. Hi duo animi sensus non sunt insociabiles: at si dividantur, tunc amor ille, quo proximum nostrum prosequimur, obsequia illa, quae in illum conferimus, commiserationis illa, quam in illius calamitatibus testificamur, meritum et pretium coram oculis Dei amittunt, et sapientiae quis de innumeris personis benemerabitur, quin tamen haec omnes amicitiae testificationes vel minimum ad ipsius salutem conferant.

III.

*Hoc amicitias humanas inter et Spirituales interca-
dit discrimen, quod illa, quae pro objecto non nisi corpora ha-
bent, sicut haec pereunt; cum à contrario ista, quae sean-
dum Deum sunt, tanto durabiliores sint, quanto principium,
à quo prodire, solidius est ac firmius. Illa sunt veris floribus
similes, qui intra paucos aperiantur et marcescunt; aut levi
flamma vidam, quae, ubi alimento et materia destituitur,
deficit et extinguitur, evanescent, ubi pulchritudo, quae in-
flammabantur, obscurari et labefieri incipit. Ista verò, quae
tota Spirituales et pura se à terra subleant, ut usque ad De-
um perveniant, pulchritudinem semper novam et semper
gratam invenientes, ad majores sumunt vires, quod amor
divinus sit vinculum quo conjunguntur.

IV.

Datur debitum, quo nunquam nos ita liberare valeamus,
ut ab ipsius solutione exanti simus, videlicet debitum illud,
quod nobis charitas imponit erga proximum nostrum, inquit
S. Paulus: Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diliga-
tis. Quaecumque in illum studia conferamus, semper in nos
jus suum et creditum retinet, addit S. Chrysostomus, ad quod
ipsemet Deus cum loco sui substituerit, atque ea, quae sibi
debemus, in illum transtulerit. Hinc, quia Dei in nos jura
infinita sunt et aeterna, jura proximi, qui si surrogatur, haec
etiam ratione quamdam aeternitatis spaciem obtinent. Di-
ligimus proximum nostrum? etiamnum adhuc eum diliga-
mus. Quaedam in eum beneficia contulimus? nova, ubi tu-
lerit occasio, ei conferamus: Dei jurebus munitus semper est
noster creditor.

V.

Charitas Christiana, cujus fundamentum Jesus Christus est,
inquit S. Chrysostomus*, firma, stabilis et invicta est, nec
ulla re conquassatur, non suspitione, non obtratione,
non periculis, non morte; Charitas, quae coelesti, quae sus-
tinetur, radice anima alligata^{est}, nunquam perit. Enimvero
sub quoniam protertu eam in vobis extingui et perire sineritis?
Dicitis forte, quod vester amicus, pro bonis officiis, quae in eum
contulistis, non nisi contentum et injurias rependerit? acbe-
tis, quod inhumaniter vos atrois obtrationibus proscidarit,
aut vita vestra insidiatus fuerit? Haec aequidem locum habere
possunt apud saeculi homines, quorum fluxa amicitia ad mi-
nimam proprii commodi et emulationis umbram evanescent; at
si vestra Christum Jesum pro objecto habet, tunc quod aliorum
destruit amicitiam, vestram firmabit. Quis hoc? Ingrati-

*S. Greg. Nazianz.

Orat. 20.

198.

199.

*Hom. 61. in
Matth.

tudo amici vestri virtutis vestrae Specimen erit et infinita mercedis occasio, et quo magis vos aversabitur tanto majus, illum Beneficiis demerendo, meritum, et tanto major, illum obsequiis vestris prosequendo, consolatio vobis obveniet, usque ta qui longa à Deo remotus opera vestra magis indigeat.

Qui vero proximum suum diligit propter Deum, in ipso nec nobilitatem, nec dignitatem, nec divitias, nec gratum animum, nec dilectionem pro dilectione quarit; ipsum diligit sine favore, sine interruptione, sine remissione; quamvis amicus suus ipsi fidem frangeret, inimicus ipsius fieret, eumque perdere statuisset. Solus Jesus Christus, quem in persona proximi sui diligit, omnia sustinet, omnia supplet, pro omnibus sufficit.

VI.

200.

* Ep. 20.

Non sine gaudia simul et rubores Specia legi possunt ea, qua imprimet Ethnici sapientes de primis mundi hominibus annotaverunt. En hac de re Seneca testimonium: Sinceri erant, inquit, in suis verbis, fideles in promissis, in sua agendi ratione integri; aequi et benefici sese mutuo velut fratres intruebantur, et perspicentes se arcis carnis et sanguinis astrictos vinculis esse, tenens amora sese persequiebantur, quem etiam mutuis obsequiis fovere studebant. Ipsorum agri et vinea divisa non erant, ipsorum horti aperti nullisque lapidibus circumdati; tantumque abfuit, ut quae soli dona essent beneficia, qua sibi vendi carent, quod natura ipsis in communi dederat, nullus eorum velut particulare donum respiciebat. Mites, humani beneficii; in alios generosa quadam liberalitate transferrebant, qua sibi labore et industria comparaverant. Lac, quod ex ovibus suis exprimabant; vinum, quod ex vineis suis colligebant, velut quaedam fluminum Specia efformabant, qua à fontibus suis affluentia ad vicinorum suorum ades cursum suum agebant, ut in eas perjurandam deferrent abundantiam.

Erubescamus, quod Ethnici adeo praeclaras primorum hominum effigies nobis reliquerint: sive vera clouti sint, sive, quod possibile est, sibi fuerint imaginati, tam generosos et officiosos animi sensus cum Lactantio* considerare nos oportet velut tot praeclaras imagines Status illius, in quo statim initio creati fuimus.

VII.

201.

Alia dantur amicitiae carnales, alia naturales; pri-

* Lib. 5. c. 9.
et 6.

res sunt mala, altere indifferentes: idcirco auferte, has conse-
crare oportet, et hoc agit charitas Christiana secundum
mentem Jesu Christi, qui modo ait, Se non venisse in mun-
dum pacem mittere sed gladium. modo, se venisse ignem
mittere in terram, nec aliud velle nisi ut ipsa accendatur.
Vera charitas nullam patitur carnalem amicitiam, En
gladium, qui eos separat. Vera charitas amicitias naturales
sanctificat, En ignem, qui eos purificat.

VIII.

* Nunquam nisi cum iis amicitiam incatis, quorum
communium vobis ad salutem utilis esse possit; et quo perfec-
tius istud commercium efficiatis, eò perfectior evadet amicitia
vestra. Si sit scientia commercium, inde honesta et
laudabilis erit amicitia; Si sit commercium virtutis, devotio-
nis, desiderii perfectionis, tum infiniti meriti et pretii erit
amicitia, quia à Deo provenit, ad Deum ducit, in Deo subsis-
tet. O quam felices qui ita se mutuo diligunt! Sibi invicem
suam devotionem, pia desideria communicant, quibusque
non nisi cor unum et anima una! Tunc demum pium mo-
tum perpetuus fit fluxus et refluxus; tunc accendimur ad
virtutem et Dei obsequium; tunc inter nos nobili quadam
amulatione certamus, quis nostrum majori animi collectio-
ne ad eum proceat sit fumus, quis majori gratitudine ipsi
grates referimus, quis proclaviosa inviolati amoris signa
ipsi sit exhibiturus.

* S. Francis.
Seras. c. 19.

202.

IX.

Non oportet omnes particulares amicitias damnare. Chris- 203.
tus Dominus quadam amicitia prerogativa S. Joannem,
Martham, Magdalenam, et Lazarum ipsorum fratrem pro-
sequabatur, S. Petrus S. Marcum et Petronillam tenerè dili-
gebat, sicut etiam S. Paulus chari sui Timothei et S. Thae.
Specialem habebat rationem. S. Gregorius Nazianzenus dili-
gebat S. Basilium ac dicebat, solum et idem colendae virtu-
tis et ex condito pro vobis laborandi desiderium ipsos velut
unam eandemque personam conjungere.

X.

Amitia mundana et charitas Christiana plures diversos
habent caracteres, quibus à se invicem distinguuntur.

Amitia mundana certum quandam fluxum habet var-
borum lenium, ardentium, adulatione plenorum, modo circa
venustatem, modo circa festivitatem aut alias vanas pro-

rogativas. At charitati Christiana est sermo simplex, planus, et sincerus; solam virtutem laudat et Dei dona, quae sunt fundamenta, quibus innititur.

Amicitia mundana mentem obnoxat, et cor depravat, hinc teneritudo illa et mollities obtutuum, immoderata suspiria, quarumonia ob denegatum consensum, compositi gestus, lenis et gratus agendi modus, efflagitationes plurimum iniquorum amicitia testimonium: omnia casta proximi honestatis ac pudoris excidium. E contrario charitati Christiana non sunt nisi casti oculi et castiora adhuc desideraria; si suspirat, tunc fit pro coelo; si sollicita est, tunc pro bonis aeternis; si queritur, tunc idem, quia Deus non sufficienter diligitur; certissima puri et perfecti amoris indicia.

Amicitia mundana saepe in propositiones inhonestas descendit, et ubi ea, quae postulat, ipsi denegantur, tum fastidium, molestiam, diffidentiam, mortalemque emulationem concipit, tum in opprobria, injurias, imò interdum in impotentis furoris motus, atque proditiones erumpit. Cum è contrario charitas Christiana semper sibi similis, semper aequaliter honesta civilis, mitis, nullique vicissitudini sit obnoxia nisi à medio vi bono ad eminentem perfectionem.

XI.

Charitas fraterna patiens est, benigna, invidia, ira, contumeliosorum suspicionum, temerariorum iudiciorum, insolentorum et iniquorum gaudiorum expertis. Satirae capitis hos omnes diversos caracteres? inquit S. Bernardus*;" Charitas in adversis non deficit, quia patiens est, inimicis non rependit, quia benigna est; sollicitas aliena illam non cruciat, quia non amulatur, conscientia mala illam non pungit, quia non agit peperam, p.

* Tract. de charit.

Si honoratur inde non magis affectur, quia est sine hypobria; si contemnitur, non indignatur, quia nulla offensione commovetur. Propria commoda minima spectans, mitis, benigna, semper fratrum horum utilitatibus intentata, semper grandi gestibus laetitia, quod apud Deum gratia valeant, semper adhibita veritati, quam candidè continèditur; cum nec avaritia superat, nec movent contumelias, nec suspensiones devorant, nec error exerceat et seducit: omni carens pestinacia, quae ipsi dicuntur, sincerè credit: fratres suos diligens propter Deum, de malis, quae ipsi vel perpetrant vel patiuntur, nunquam gaudet, et tantum abest, ut desperatione obnatus, quin potius semper sperantem mors ipsa à casto suo et divino objecto separare nequit.

XII.

Amor proprius nobis circa ea omnia, quae nos spectant, ma-

quam inspirat molliem, et magnam negligentiam circa ea, quae proximum nostrum tangunt: Charitas à contrario innumeris occasionibus nos à propriis commodis abducit, ut proximi nostri utilitates praeferas nobis reddamus. Amor proprius nos modestos et inextinguibiles efficit, quando contemnimur, laetos vero et contentos cum aestimamur et laudamur; Charitas à contrariis nos tranquillos et patientes efficit, cum ab aliis despiciamur; modestos autem et humiles necnon timidos, cum laudamur. Propriorum commodorum Studium nos à proximo nostro nos separat; Charitas conjungit. Superbia nos supra proximum nostrum nos effert: Charitas deprimat et humiliat. Atque ubi nec ex proprii communi studio, nec ex superbia agimus, obligatio diligendi proximum nostrum nec ardua nec impossibilis nobis videtur.

XIII.

"Libenter volumus alios esse perfectos, inquit ^{205.} ^{Defectus} ^{lib. i. c. 16.} ^{206.} ^{207.} ^{208.} ^{209.} ^{210.} ^{211.} ^{212.} ^{213.} ^{214.} ^{215.} ^{216.} ^{217.} ^{218.} ^{219.} ^{220.} ^{221.} ^{222.} ^{223.} ^{224.} ^{225.} ^{226.} ^{227.} ^{228.} ^{229.} ^{230.} ^{231.} ^{232.} ^{233.} ^{234.} ^{235.} ^{236.} ^{237.} ^{238.} ^{239.} ^{240.} ^{241.} ^{242.} ^{243.} ^{244.} ^{245.} ^{246.} ^{247.} ^{248.} ^{249.} ^{250.} ^{251.} ^{252.} ^{253.} ^{254.} ^{255.} ^{256.} ^{257.} ^{258.} ^{259.} ^{260.} ^{261.} ^{262.} ^{263.} ^{264.} ^{265.} ^{266.} ^{267.} ^{268.} ^{269.} ^{270.} ^{271.} ^{272.} ^{273.} ^{274.} ^{275.} ^{276.} ^{277.} ^{278.} ^{279.} ^{280.} ^{281.} ^{282.} ^{283.} ^{284.} ^{285.} ^{286.} ^{287.} ^{288.} ^{289.} ^{290.} ^{291.} ^{292.} ^{293.} ^{294.} ^{295.} ^{296.} ^{297.} ^{298.} ^{299.} ^{300.} ^{301.} ^{302.} ^{303.} ^{304.} ^{305.} ^{306.} ^{307.} ^{308.} ^{309.} ^{310.} ^{311.} ^{312.} ^{313.} ^{314.} ^{315.} ^{316.} ^{317.} ^{318.} ^{319.} ^{320.} ^{321.} ^{322.} ^{323.} ^{324.} ^{325.} ^{326.} ^{327.} ^{328.} ^{329.} ^{330.} ^{331.} ^{332.} ^{333.} ^{334.} ^{335.} ^{336.} ^{337.} ^{338.} ^{339.} ^{340.} ^{341.} ^{342.} ^{343.} ^{344.} ^{345.} ^{346.} ^{347.} ^{348.} ^{349.} ^{350.} ^{351.} ^{352.} ^{353.} ^{354.} ^{355.} ^{356.} ^{357.} ^{358.} ^{359.} ^{360.} ^{361.} ^{362.} ^{363.} ^{364.} ^{365.} ^{366.} ^{367.} ^{368.} ^{369.} ^{370.} ^{371.} ^{372.} ^{373.} ^{374.} ^{375.} ^{376.} ^{377.} ^{378.} ^{379.} ^{380.} ^{381.} ^{382.} ^{383.} ^{384.} ^{385.} ^{386.} ^{387.} ^{388.} ^{389.} ^{390.} ^{391.} ^{392.} ^{393.} ^{394.} ^{395.} ^{396.} ^{397.} ^{398.} ^{399.} ^{400.} ^{401.} ^{402.} ^{403.} ^{404.} ^{405.} ^{406.} ^{407.} ^{408.} ^{409.} ^{410.} ^{411.} ^{412.} ^{413.} ^{414.} ^{415.} ^{416.} ^{417.} ^{418.} ^{419.} ^{420.} ^{421.} ^{422.} ^{423.} ^{424.} ^{425.} ^{426.} ^{427.} ^{428.} ^{429.} ^{430.} ^{431.} ^{432.} ^{433.} ^{434.} ^{435.} ^{436.} ^{437.} ^{438.} ^{439.} ^{440.} ^{441.} ^{442.} ^{443.} ^{444.} ^{445.} ^{446.} ^{447.} ^{448.} ^{449.} ^{450.} ^{451.} ^{452.} ^{453.} ^{454.} ^{455.} ^{456.} ^{457.} ^{458.} ^{459.} ^{460.} ^{461.} ^{462.} ^{463.} ^{464.} ^{465.} ^{466.} ^{467.} ^{468.} ^{469.} ^{470.} ^{471.} ^{472.} ^{473.} ^{474.} ^{475.} ^{476.} ^{477.} ^{478.} ^{479.} ^{480.} ^{481.} ^{482.} ^{483.} ^{484.} ^{485.} ^{486.} ^{487.} ^{488.} ^{489.} ^{490.} ^{491.} ^{492.} ^{493.} ^{494.} ^{495.} ^{496.} ^{497.} ^{498.} ^{499.} ^{500.} ^{501.} ^{502.} ^{503.} ^{504.} ^{505.} ^{506.} ^{507.} ^{508.} ^{509.} ^{510.} ^{511.} ^{512.} ^{513.} ^{514.} ^{515.} ^{516.} ^{517.} ^{518.} ^{519.} ^{520.} ^{521.} ^{522.} ^{523.} ^{524.} ^{525.} ^{526.} ^{527.} ^{528.} ^{529.} ^{530.} ^{531.} ^{532.} ^{533.} ^{534.} ^{535.} ^{536.} ^{537.} ^{538.} ^{539.} ^{540.} ^{541.} ^{542.} ^{543.} ^{544.} ^{545.} ^{546.} ^{547.} ^{548.} ^{549.} ^{550.} ^{551.} ^{552.} ^{553.} ^{554.} ^{555.} ^{556.} ^{557.} ^{558.} ^{559.} ^{560.} ^{561.} ^{562.} ^{563.} ^{564.} ^{565.} ^{566.} ^{567.} ^{568.} ^{569.} ^{570.} ^{571.} ^{572.} ^{573.} ^{574.} ^{575.} ^{576.} ^{577.} ^{578.} ^{579.} ^{580.} ^{581.} ^{582.} ^{583.} ^{584.} ^{585.} ^{586.} ^{587.} ^{588.} ^{589.} ^{590.} ^{591.} ^{592.} ^{593.} ^{594.} ^{595.} ^{596.} ^{597.} ^{598.} ^{599.} ^{600.} ^{601.} ^{602.} ^{603.} ^{604.} ^{605.} ^{606.} ^{607.} ^{608.} ^{609.} ^{610.} ^{611.} ^{612.} ^{613.} ^{614.} ^{615.} ^{616.} ^{617.} ^{618.} ^{619.} ^{620.} ^{621.} ^{622.} ^{623.} ^{624.} ^{625.} ^{626.} ^{627.} ^{628.} ^{629.} ^{630.} ^{631.} ^{632.} ^{633.} ^{634.} ^{635.} ^{636.} ^{637.} ^{638.} ^{639.} ^{640.} ^{641.} ^{642.} ^{643.} ^{644.} ^{645.} ^{646.} ^{647.} ^{648.} ^{649.} ^{650.} ^{651.} ^{652.} ^{653.} ^{654.} ^{655.} ^{656.} ^{657.} ^{658.} ^{659.} ^{660.} ^{661.} ^{662.} ^{663.} ^{664.} ^{665.} ^{666.} ^{667.} ^{668.} ^{669.} ^{670.} ^{671.} ^{672.} ^{673.} ^{674.} ^{675.} ^{676.} ^{677.} ^{678.} ^{679.} ^{680.} ^{681.} ^{682.} ^{683.} ^{684.} ^{685.} ^{686.} ^{687.} ^{688.} ^{689.} ^{690.} ^{691.} ^{692.} ^{693.} ^{694.} ^{695.} ^{696.} ^{697.} ^{698.} ^{699.} ^{700.} ^{701.} ^{702.} ^{703.} ^{704.} ^{705.} ^{706.} ^{707.} ^{708.} ^{709.} ^{710.} ^{711.} ^{712.} ^{713.} ^{714.} ^{715.} ^{716.} ^{717.} ^{718.} ^{719.} ^{720.} ^{721.} ^{722.} ^{723.} ^{724.} ^{725.} ^{726.} ^{727.} ^{728.} ^{729.} ^{730.} ^{731.} ^{732.} ^{733.} ^{734.} ^{735.} ^{736.} ^{737.} ^{738.} ^{739.} ^{740.} ^{741.} ^{742.} ^{743.} ^{744.} ^{745.} ^{746.} ^{747.} ^{748.} ^{749.} ^{750.} ^{751.} ^{752.} ^{753.} ^{754.} ^{755.} ^{756.} ^{757.} ^{758.} ^{759.} ^{760.} ^{761.} ^{762.} ^{763.} ^{764.} ^{765.} ^{766.} ^{767.} ^{768.} ^{769.} ^{770.} ^{771.} ^{772.} ^{773.} ^{774.} ^{775.} ^{776.} ^{777.} ^{778.} ^{779.} ^{780.} ^{781.} ^{782.} ^{783.} ^{784.} ^{785.} ^{786.} ^{787.} ^{788.} ^{789.} ^{790.} ^{791.} ^{792.} ^{793.} ^{794.} ^{795.} ^{796.} ^{797.} ^{798.} ^{799.} ^{800.} ^{801.} ^{802.} ^{803.} ^{804.} ^{805.} ^{806.} ^{807.} ^{808.} ^{809.} ^{810.} ^{811.} ^{812.} ^{813.} ^{814.} ^{815.} ^{816.} ^{817.} ^{818.} ^{819.} ^{820.} ^{821.} ^{822.} ^{823.} ^{824.} ^{825.} ^{826.} ^{827.} ^{828.} ^{829.} ^{830.} ^{831.} ^{832.} ^{833.} ^{834.} ^{835.} ^{836.} ^{837.} ^{838.} ^{839.} ^{840.} ^{841.} ^{842.} ^{843.} ^{844.} ^{845.} ^{846.} ^{847.} ^{848.} ^{849.} ^{850.} ^{851.} ^{852.} ^{853.} ^{854.} ^{855.} ^{856.} ^{857.} ^{858.} ^{859.} ^{860.} ^{861.} ^{862.} ^{863.} ^{864.} ^{865.} ^{866.} ^{867.} ^{868.} ^{869.} ^{870.} ^{871.} ^{872.} ^{873.} ^{874.} ^{875.} ^{876.} ^{877.} ^{878.} ^{879.} ^{880.} ^{881.} ^{882.} ^{883.} ^{884.} ^{885.} ^{886.} ^{887.} ^{888.} ^{889.} ^{890.} ^{891.} ^{892.} ^{893.} ^{894.} ^{895.} ^{896.} ^{897.} ^{898.} ^{899.} ^{900.} ^{901.} ^{902.} ^{903.} ^{904.} ^{905.} ^{906.} ^{907.} ^{908.} ^{909.} ^{910.} ^{911.} ^{912.} ^{913.} ^{914.} ^{915.} ^{916.} ^{917.} ^{918.} ^{919.} ^{920.} ^{921.} ^{922.} ^{923.} ^{924.} ^{925.} ^{926.} ^{927.} ^{928.} ^{929.} ^{930.} ^{931.} ^{932.} ^{933.} ^{934.} ^{935.} ^{936.} ^{937.} ^{938.} ^{939.} ^{940.} ^{941.} ^{942.} ^{943.} ^{944.} ^{945.} ^{946.} ^{947.} ^{948.} ^{949.} ^{950.} ^{951.} ^{952.} ^{953.} ^{954.} ^{955.} ^{956.} ^{957.} ^{958.} ^{959.} ^{960.} ^{961.} ^{962.} ^{963.} ^{964.} ^{965.} ^{966.} ^{967.} ^{968.} ^{969.} ^{970.} ^{971.} ^{972.} ^{973.} ^{974.} ^{975.} ^{976.} ^{977.} ^{978.} ^{979.} ^{980.} ^{981.} ^{982.} ^{983.} ^{984.} ^{985.} ^{986.} ^{987.} ^{988.} ^{989.} ^{990.} ^{991.} ^{992.} ^{993.} ^{994.} ^{995.} ^{996.} ^{997.} ^{998.} ^{999.} ^{1000.} ^{1001.} ^{1002.} ^{1003.} ^{1004.} ^{1005.} ^{1006.} ^{1007.} ^{1008.} ^{1009.} ^{1010.} ^{1011.} ^{1012.} ^{1013.} ^{1014.} ^{1015.} ^{1016.} ^{1017.} ^{1018.} ^{1019.} ^{1020.} ^{1021.} ^{1022.} ^{1023.} ^{1024.} ^{1025.} ^{1026.} ^{1027.} ^{1028.} ^{1029.} ^{1030.} ^{1031.} ^{1032.} ^{1033.} ^{1034.} ^{1035.} ^{1036.} ^{1037.} ^{1038.} ^{1039.} ^{1040.} ^{1041.} ^{1042.} ^{1043.} ^{1044.} ^{1045.} ^{1046.} ^{1047.} ^{1048.} ^{1049.} ^{1050.} ^{1051.} ^{1052.} ^{1053.} ^{1054.} ^{1055.} ^{1056.} ^{1057.} ^{1058.} ^{1059.} ^{1060.} ^{1061.} ^{1062.} ^{1063.} ^{1064.} ^{1065.} ^{1066.} ^{1067.} ^{1068.} ^{1069.} ^{1070.} ^{1071.} ^{1072.} ^{1073.} ^{1074.} ^{1075.} ^{1076.} ^{1077.} ^{1078.} ^{1079.} ^{1080.} ^{1081.} ^{1082.} ^{1083.} ^{1084.} ^{1085.} ^{1086.} ^{1087.} ^{1088.} ^{1089.} ^{1090.} ^{1091.} ^{1092.} ^{1093.} ^{1094.} ^{1095.} ^{1096.} ^{1097.} ^{1098.} ^{1099.} ^{1100.} ^{1101.} ^{1102.} ^{1103.} ^{1104.} ^{1105.} ^{1106.} ^{1107.} ^{1108.} ^{1109.} ^{1110.} ^{1111.} ^{1112.} ^{1113.} ^{1114.} ^{1115.} ^{1116.} ^{1117.} ^{1118.} ^{1119.} ^{1120.} ^{1121.} ^{1122.} ^{1123.} ^{1124.} ^{1125.} ^{1126.} ^{1127.} ^{1128.} ^{1129.} ^{1130.} ^{1131.} ^{1132.} ^{1133.} ^{1134.} ^{1135.} ^{1136.} ^{1137.} ^{1138.} ^{1139.} ^{1140.} ^{1141.} ^{1142.} ^{1143.} ^{1144.} ^{1145.} ^{1146.} ^{1147.} ^{1148.} ^{1149.} ^{1150.} ^{1151.} ^{1152.} ^{1153.} ^{1154.} ^{1155.} ^{1156.} ^{1157.} ^{1158.} ^{1159.} ^{1160.} ^{1161.} ^{1162.} ^{1163.} ^{1164.} ^{1165.} ^{1166.} ^{1167.} ^{1168.} ^{1169.} ^{1170.} ^{1171.} ^{1172.} ^{1173.} ^{1174.} ^{1175.} ^{1176.} ^{1177.} ^{1178.} ^{1179.} ^{1180.} ^{1181.} ^{1182.} ^{1183.} ^{1184.} ^{1185.} ^{1186.} ^{1187.} ^{1188.} ^{1189.} ^{1190.} ^{1191.} ^{1192.} ^{1193.} ^{1194.} ^{1195.} ^{1196.} ^{1197.} ^{1198.} ^{1199.} ^{1200.} ^{1201.} ^{1202.} ^{1203.} ^{1204.} ^{1205.} ^{1206.} ^{1207.} ^{1208.} ^{1209.} ^{1210.} ^{1211.} ^{1212.} ^{1213.} ^{1214.} ^{1215.} ^{1216.} ^{1217.} ^{1218.} ^{1219.} ^{1220.} ^{1221.} ^{1222.} ^{1223.} ^{1224.} ^{1225.} ^{1226.} ^{1227.} ^{1228.} ^{1229.} ^{1230.} ^{1231.} ^{1232.} ^{1233.} ^{1234.} ^{1235.} ^{1236.} ^{1237.} ^{1238.} ^{1239.} ^{1240.} ^{1241.} ^{1242.} ^{1243.} ^{1244.} ^{1245.} ^{1246.} ^{1247.} ^{1248.} ^{1249.} ^{1250.} ^{1251.} ^{1252.} ^{1253.} ^{1254.} ^{1255.} ^{1256.} ^{1257.} ^{1258.} ^{1259.} ^{1260.} ^{1261.} ^{1262.} ^{1263.} ^{1264.} ^{1265.} ^{1266.} ^{1267.} ^{1268.} ^{1269.} ^{1270.} ^{1271.} ^{1272.} ^{1273.} ^{1274.} ^{1275.} ^{1276.} ^{1277.} ^{1278.} ^{1279.} ^{1280.} ^{1281.} ^{1282.} ^{1283.} ^{1284.} ^{1285.} ^{1286.} ^{1287.} ^{1288.} ^{1289.} ^{1290.} ^{1291.} ^{1292.} ^{1293.} ^{1294.} ^{1295.} ^{1296.} ^{1297.} ^{1298.} ^{1299.} ^{1300.} ^{1301.} ^{1302.} ^{1303.} ^{1304.} ^{1305.} ^{1306.} ^{1307.} ^{1308.} ^{1309.} ^{1310.} ^{1311.} ^{1312.} ^{1313.} ^{1314.} ^{1315.} ^{1316.} ^{1317.} ^{1318.} ^{1319.} ^{1320.} ^{1321.} ^{1322.} ^{1323.} ^{1324.} ^{1325.} ^{1326.} ^{1327.} ^{1328.} ^{1329.} ^{1330.} ^{1331.} ^{1332.} ^{1333.} ^{1334.} ^{1335.} ^{1336.} ^{1337.} ^{1338.} ^{1339.} ^{1340.} ^{1341.} ^{1342.} ^{1343.} ^{1344.} ^{1345.} ^{1346.} ^{1347.} ^{1348.} ^{1349.} ^{1350.} ^{1351.} ^{1352.} ^{1353.} ^{1354.} ^{1355.} ^{1356.} ^{1357.} ^{1358.} ^{1359.} ^{1360.} ^{1361.} ^{1362.} ^{1363.} ^{1364.} ^{1365.} ^{1366.} ^{1367.} ^{1368.} ^{1369.} ^{1370.} ^{1371.} ^{1372.} ^{1373.} ^{1374.} ^{1375.} ^{1376.} ^{1377.} ^{1378.} ^{1379.} ^{1380.} ^{1381.} ^{1382.} ^{1383.} ^{1384.} ^{1385.} ^{1386.} ^{1387.} ^{1388.} ^{1389.} ^{1390.} ^{1391.} ^{1392.} ^{1393.} ^{1394.} ^{1395.} ^{1396.} ^{1397.} ^{1398.} ^{1399.} ^{1400.} ^{1401.} ^{1402.} ^{1403.} ^{1404.} ^{1405.} ^{1406.} ^{1407.} ^{1408.} ^{1409.} ^{1410.} ^{1411.} ^{1412.} ^{1413.} ^{1414.} ^{1415.} ^{1416.} ^{1417.} ^{1418.} ^{1419.} ^{1420.} ^{1421.} ^{1422.} ^{1423.} ^{1424.} ^{1425.} ^{1426.} ^{1427.} ^{1428.} ^{1429.} ^{1430.} ^{1431.} ^{1432.} ^{1433.} ^{1434.} ^{1435.} ^{1436.} ^{1437.} ^{1438.} ^{1439.} ^{1440.} ^{1441.} ^{1442.} ^{1443.} ^{1444.} ^{1445.} ^{1446.} ^{1447.} ^{1448.} ^{1449.} ^{1450.} ^{1451.} ^{1452.} ^{1453.} ^{1454.} ^{1455.} ^{1456.} ^{1457.} ^{1458.} ^{1459.} ^{1460.} ^{1461.} ^{1462.} ^{1463.} ^{1464.} ^{1465.} ^{1466.} ^{1467.} ^{1468.} ^{1469.} ^{1470.} ^{1471.} ^{1472.} ^{1473.} ^{1474.} ^{1475.} ^{1476.} ^{1477.} ^{1478.} ^{1479.} ^{1480.} ^{1481.} ^{1482.} ^{1483.}

ut de novo enararentur. Equidem verum est, quod Deus per Moysen nobis dixerit, diligite invicem, sed insuper voluit nobis per proprium filium suum loqui, qui ea nobis elocutus est, quae nondum nobis dicta fuerant: Diligite invicem sicut dilexi vos. Mandatum istud novum est, quia inter caetera mandata illud Christus suum invenit, prout post

* MalDonatus. Origenem notat doctissimus quidam Interpres*: mandatum dilectionis et praestantiae, quemadmodum pater aliquis, qui quamvis omnes liberos suos diligit, unum tamen pro caeteris diligere videtur, dicens cum illum videt, ecce filius meus. Christus Dominus diligit, et vult, ut omnia, quae mandavit, observentur; sed qui ullum Legis articulum rejiciat, primas hinc tribuere videtur: Hoc est, inquit, praecceptum meum. In hoc cognoscunt omnes quod mei discipuli estis, et ego Magister vester; quod imitatores mei sitis, et invicem faciatis, quod ego pro vobis facio.

Supplementum.

207. In omnia omnes SS. Patres, Theologi, Concionatores, et Auctores, qui de amore Dei locuti sunt, etiam de amore proximi tractaverunt, eo quod haec duo mandata à se invicem divelli non possint, et ab eorum adimplatione universa Lex pendeat. Itaque insuper videri potest S. Augustinus Epist. 137. ad Volusianum, ubi demonstrat in his duobus mandatis reperiri non solum omnes Philosophiae regulas, sed etiam totam perfectionem Societatum et Statuum, qui non nisi mutua fidei et cordium unionis fundamento nituntur et stabiliantur, fidei et unionis, inquam, quae sola dilectione boni communis subsistunt, id est Dei, qui est summum bonum, et quando homines se mutuo diligunt in eo, qui sine ullo impedimento videt, quodnam sit principium et ratio illius mutuae dilectionis. B. Senaut Generalis PP. Oratorii de hoc principio fuse et eleganter disserit in suo de Christiano homine libro c. 8. et 8.

Hac de re potest etiam legi, quod S. Gregorius Nyssanus loquitur libro de creatione hominis c. 70. item quod S. Ambrosius lib. 3. de officiis. S. Bernardus seu Auctor Operis de amore Dei in quatuor ultimis capitulis. S. Chrysostomus Hom. 12. et 51. ad populum Antiochanum, Hom. 25. et 52. ad Corinth. Sermon 14. in c. 4. ad Ephes.

208.

Seneca ut ut Ethniscus adeo proclara de amore proximi elocutus est, ut ipsius verba hic referre operae pretium ducamus, cum multi Patres specialiter Origenes, S. Ambrosius, et

Lactantius ea adduxerunt ut hujus Philosophi principis,
 et iis, quae suae aetatis idololatrias exprobrabat, Christianos con-
 funderent. * Inter homines nulla pax est, inquit, alter in al-

* Senec. lib. 2.
 De ira c. 7.

terius exitium levi ducitur compendio: felicem ordo habent,
 infelicem contemunt; majori gravantur, minori sunt graves,
 dixeris. Stimulantur cupiditatibus, et non alia, quam in lu-
 gladiatoris vita est cum iisdem vivantium et pugnantium.
 Harum ista conventus est, nisi quod illae inter se pla-
 cidae sunt, morsuque similium abstinant, hi mutua lacera-
 tione satiantur, ps. Adjice nunc publica perjuriam gentium,
 et rupta foedera, et in praedam validioris quidquid non resis-
 tabat, adductum, circumscriptiones, furti, fraudes, inficia-
 tiones, quibus non sufficiunt fora.

Et in suo libro 7. * Quaeis rem maximam necessariam, quo-
 * De beneficiis.
 modo ingrati ferendi sint, nimirum placido animo, man-
 sueto, magno. Nunquam te tam inhumanus, et immemor, et
 ingratus offendat, ut non dedisse desinet. Nunquam in has vo-
 ces injuria impellat: Vellem non facisse; tui beneficii etiam
 infelicitas placeat. Barbidi, inquit, beneficium. Numquid
 quae Deo consecravimus perdidisse nos dicimus? Inter consecrata
 beneficium est, etiamsi male respondet, bene coloratum est:
 si non est ille qualis tu sperasti, esto tu qualis fuisti. Disimi-
 lis ei. Crederes audire te loquentem S. Paulum, aut unum
 ex Lutheri Patribus: varium, prout animadvertit quidam
 nostrae aetatis Auctor, haec sunt respectu nostri insignia vere-
 cundiae aut conditionis argumenta.

Lactantius Similia eloquitur in tribus primis suis libris. 209.

S. Hieronymus in plerisque suis Epistolis majori cum eloquan-
 tia et unctione proclarum hoc Morale Christianae principium
 explicat.

B. Ludovicus de Granada Ord. S. Dominici, in suo de frater-
 na charitate commentario demonstrat, post S. Thomam, quod
 eadem sit virtus amare Deum et proximum, et quod multae
 rationes nos ad hunc amorem impellant. Fusius adhuc hoc
 argumentum pertractat in sua manducatione peccatorum
 lib. 2. part. 2. De officiis erga proximum, ubi ostendit, quod
 illum bonis consiliis juvare, ei in suis spiritualibus et corpora-
 libus necessitatibus opitulari, ipsius infirmitates tolerare, eidem
 inimicitias suas ignorare, virtutis exempla praebere, sit illum
 diligere.

P. Faber Jesuita Germanus tom. 2. pag. 686. et seq. exponit, quid
 sit amare proximum, si namque ipsius calamitates, cum affligi-

tur, miseramur, de ipsius prosperitate, cum felix est, laetamur,
 ipsi, cum egenus est, in sua indigentia solatium praestamus,
 illum, cum flagitiosus est, corripimus, cum nolestus est, cole-
 ramus, p.

P. Stella Hispanus Ord. S. Francisci, in sua expositione in
 c. 10. S. Luc. pag. 26. et seq. Tom. 2. adductis proclaris ca. S. Scrip-
 tura principis et exemplis prolixè demonstrat, quid sit dilige-
 re Deum et proximum.

Dominus Stapletonius Doctor Anglicus ostendit, cur et qua-
 modo proximus sit diligendus; quis sit ille proximus; quanam
 quoque sit hujus dilectionis natura, qua non modo ratione,
 consanguinitate, grati animi significatione, sed insuper gratia
 fulciri debet; namque duo insignia S. Augustini loca adducit,
 unum ex Hom. 38. inter 50. hujus S. Patris Homilias; alterum ex
 ipsius libro 18. de Doctrina Christiana. "Valle debemus, ut om-
 "nos nobiscum diligant Deum, et totum quod vel proximos adju-
 "vamus, vel adjuvamus ab eis, ad unum illum finem refe-
 "rendum est. Si enim in theatro nequitia qui aliquem dili-
 "git histrionem, et tanquam magno vel etiam summo bono
 "ejus arte fruatur, omnes diligit qui illum diligunt, sanè non
 "propter illos, sed propter eum, quem pariter diligunt..... Quid
 "nos in societate dilectionis Dei agere convenit, quo perfui bo-
 "te vivere est, p.

Nicolaus Hispanus hac de re proclarissima S. Scriptura
 exempla adducit, qua in suo de vitis et virtutibus libro con-
 gessit c. 41. pag. 45. et 46. Eadem exempla legi possunt in
 libro D. de Sacy, ubi ea fortissimè et moraliter explicavit.

Apud S. Bonaventuram et Jacobum de Voragine Conio-
 natorem Dominicorum circa hoc argumentum plures in-
 veniuntur eximia Divisiones.

211. Si quis nosse cupit, quot modis contra hunc proximi amorem
 peccetur, poterit ea legere, qua hanc in rem D. Esprit in suo
 de falsitate humanarum virtutum libro circa sinceritatem
 pag. 108. et seq. circa amicitiam pag. 112. circa fiduciam pag.
 180. circa obsequentiam pag. 197. et seq. circa bonitatem pag.
 406. et seq. circa propriorum commodorum negligentiam pag.
 447. et seq. circa honestatem seu probitatem pag. 520. et seq. elo-
 cutus est.

P. Saint-Jura Sect. 1. lib. 3. demonstrat, quis sit proximus ille,
 quem diligere tenemur, et quis in ista dilectione sit ordo ser-
 vandus, pag. 387. et seq.

P. Olivarius Bari Neapolitanus, ex S. Scriptura sex
distinguit amoris gradus: amorem terrenum, naturalem,
rationabilem, legalem, Evangelicum, et Divinum. Atque
charitas proximi est contraria huic terrenis amori; natura-
lem purificat; rationabilem evahit, legalem consecrat,
et in Evangelico ac Divino fundatur. pag. 43. sui Quadragesimae.
et seq.

C. Alphonsus Rodriguez Jesuita prolixè agit de chari-
tate et unionis fraternae in suo quarto Tractatu, ubi disse-
rit de ipsius commodis, necessitate, mediis illam in nobis
conservandi, de natura illius unionis, de bona opinione,
quam tenemur habere de aliis, ut mutuam dilectionem
inter nos conservare valeamus; de cautela, quam adhi-
bere debemus, ne quidquam proximo nostro injuriosum apud
alios deferamus, ne de ipso male judicemus, acerbisque
verbis illum offendamus, p.

Cum magna utilitate etiam legi possunt ea, quae haec de
re P. Godeau Episcopus Graecensis in sua docta paraphrasi
in Epistolas S. Pauli ad Romanos et ad Corinthios abnotat
est, ubi de amore proximi agit.

Amor.

Amor inimicorum

Condonatio injuriarum, reconciliatio, p.

Sermo primus.

Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque
munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari
fratri tuo. Matth. 5.

Pro Dom. 59
post Pentecost.

Post adeò expressum mandatum, quod Christus Dominus
nobis dedit, ut festinemus reconciliari inimico nostro, et ad
pedes altarium nostrorum relinquamus munus, quod ibidem
Domino offerimus; post exemplum, quod hic homo Deus
haec de re nobis exhibuit, quando sacrificium, quod in ar-
bore cuius Patri suo pro nobis offerebat, per aliquot momenta
intercepit, ut ab eo illis, qui mortem ei inferbant, oratio-
ne veniam impetraret. Quis nostrum, Auditores, hanc
Christianam reconciliationem non suspiciet velut omni-
nò necessariam, quaque nemo eximere se possit? Oratio-
nes, elemosynae, sacrificia equidem magni momenti esse
mihi videntur, at hic vos tanquam nihil reputo, cum
vos considero ab hac reconciliatione sejunctas, quae om-

Divisio.
214.

nium orationum efficacissima, omnium eleemosynarum praecipua, omnium sacrificiorum demissimum est.

Si justitia nostra plus abundare debet, quam Scribarum et Phariseorum; et si nunquam aeterna praemia recipiet, nisi limites illos, quos iniqui illi Legis interpretes eidem praescribere, transgrediatur: Praecipue quantum ad dilectionem inimicorum, cuius gratia munera oportet, ut vobis explicem; quae videatis, non vestrae hanc plenitudinis et superabundantiae speciem tribuatis. Quousque progreditur perfectio Christiana in dilectione inimicorum vestrorum? prima consideratio. Quid vos obligat ad hanc perfectionem? Secunda consideratio. Quomodo debatis illos amare? id statim vobis explicabo. Quare debatis illos amare? id sequenti vobis demonstrabo.

Pars i.
215.

Sine furo loquor, Auditores, hodie contra me pugnant omnes fallaces mundi honores, omnia depravati Saevi principia, omnes fere conscientiae casus ad hujus Saevi mores comparati. At tot obstantibus quantumlibet voluntatibus, oportet, ut Jenu Christi mandatum vincat, certisque gradibus ad hanc christianam perfectionem pertingamus, stupendis equidem, sed à S. Augustino expressè recensitis, cuius non nisi interpres ero.

Hae perfectio plures complectitur gradus, per quos ut ascendamus vult Christus Jesus, inquit hic S. Pater. Primus est, ne illi malum inferamus, à quo nullum accepimus: enimvero quanta crudelitas sponte mentisque nullatenus commoto nocere velle homini, à quo nullam accepimus injuriam?

Ab hoc primo gradu ad ~~secundum~~ ascendendum est ad secundum, qui in eo consistit, ut ad injurias, quibus afficimur, eam saltem justitiae umbram conservemus, ne vindictam nostram ultra malum, quod passivi fuimus, extendamus: hujusmodi fuit praeterea illa Judaeorum justitia, qui oculum pro oculo, dentem pro dente exoptabant. Equid forte legislatoris intentum erat, ut eos ad vindictam excitaret? nequaquam; à contrariis inde eidem limites praefigere volebat, et impedire, ne ad extrema quaque ferretur. Si injuria alicujus vindicta ab arbitrio laesi pependisset, in quos excessus non fuisset delapsus? Saepe pro excusso dente vitam inimico suo ademisset. Ergo lex illa,

qua specialiter Iudices spectabat, quò intelligerent, quanam iudiciorum suorum mensura et ratio esse deberet, cavere, ne poena culpam excederet, idque species quaedam erat iustitiae et pacis initium.

Tertius gradus, ubi perfectio Christiana sumit initium, in hoc consistit, ut neque etiam injuriam pro injuria, malum pro malo retribuamus. Ita S. Petrus Apostolus in sua Epistola prima Canonica* Nemini reddentes, inquit, malum * 1. Pet. 3. pro malo nec maledictum pro maledicto.

Ut ut excellens sit haec perfectio, sublimior adhuc gradus invenitur, ait S. Augustinus. Jam quid magnum est, si malum pro malo non retribuatis: verum adhuc majus est, cum in imo cordis vestri parati estis ad plura adhuc mala perpetiunda, si ita voluntas Dei fuerit pro expiatione peccatorum vestrorum aut experimento virtutum vestrarum.

Ad haec ut animum attendatis, rogatos vos valim.

Jesu Christo non sufficit dicere, ne reddatis malum pro malo, quamvis id jam praecceptum sit, sed vobis dicit, ut illi non resistatis, qui vos inclementer habet. Non tantum dicit, ne injuriam pro injuria retribuatis, sed vult insuper, ut potius parati sitis ad recipiendam alteram, quam ad ulciscendam priorem. * Ego autem dico vobis non resistere ma- * Matth. 5. lo. Cedit vos quis in manillam unam? proberis ei potius alteram, quam ut alapam pro alapa infligatis.

Hoc equidem arduum est, Auditores, id ego vobisum factor: Sed considerate, inquit S. Augustinus, Christum Jesum huc à vobis nihil aliud expetere, nisi id, quod vos ipsi liberis aut amicis vestris praestaretis. An non verum, quòd si ardentiori febrili laborarent, quò, nisi ab iis repularetis, liberari haud valarent, procul ut alapam vobis inflictam ulcisceremini, quin ad tolerandas adhuc plures alias ultro faciem proberetis, donec eorum agri- tudinis furor pertransisset.

Atqui in ipsum Christus Jesus verus ille animarum me- dicus vos docet, ut nempe cum interiori quadam tranquillitate fratrum vestrorum infirmitates feratis, quorum salus eorumque cordi vobis esse debet, ut internè plura pati optatis, quò vos Deo lucrèmini, et ab odio ipsorum revocetis. O quam difficile est hujus praeccepti usus! Quis nostrum hujus perfectionis gradum attingit? En tamen ultimum longiusque adhuc protensum gradum.

Haec Sufficit Christiano, illum, à quo contumeliam accepit, nulla afficere injuria; non sufficit illis non resistere, qui ei malum inferunt; non sufficit, interea ad plura adhuc toleranda, si Deus velit, esse paratum: sed sicut Jesus Christus cupit, ut Christiani perfecti sint, sicut illorum Pater coelestis perfectus est, expressè ipsis præcipit, ut odientes diligant, sibi maledicentibus benedicant, pro persequentibus et calumniantibus se orent.

Atqui hic est summus perfectionis gradus: adeo, ut, quemadmodum Summa iniquitas est illi malum facere, qui nullum infert, ita etiam Summa justitia sit eis benefacere, qui non nisi malum rependant.

Inter hæc duo extrema multi sunt gradus, prout videtis. Malitia hominum profundius descendere non potest, quam ubi innocentibus, aut iis, à quibus beneficia acceperunt, nocent. Et justitia filiorum Dei altius ascendere nequit, quam ubi iis benefaciunt, qui ipsos oderunt, pro iis orent, atque data occasione obsequia præstant.

Hoc supposito, si res permultum refert, quid agere tenemur, ut præceptum adimplevisse dicamur. Dilactis cordis, Dilactis oris, Dilactis operis: En quod Jesus Christus nobis præcipit. Sed quomodo illi obediemus?

Communis est opinio, quòd Dilactis illa, quam à nobis exigat, consistat in certa quadam benevolentia, quam generatim omnibus hominibus debemus, ne quidem iis exceptis, qui nobis sunt inimicissimi, ita ut si illis sive nostram conversationem in locis, ubi nobis obviam fiunt, at ubi sine scandalo non possumus non colloqui cum ipsis, sive partem in precibus, quas ad Deum fundimus; sive alia officia, quæ Societas civilis et concordia Christiana exposcit, denegamus, jam tunc præceptum hoc non adimplemus, vanam reddimus moralem Jesu Christi doctrinam, et respectu charitatis ipsius labimur in errores magis ad interitum nostrum quam ad Sanctitatem nostram comparatos.

Verum per vos mihi liceat dicere, quòd hæc verba filii Dei nimium arctis limitibus circumscripta videantur, ut qui ad tam pauca exprimenda adeo gravibus et efficacibus verbis usus sit. In igitur qua ratione et modo eadem Patres intelligant, et quem sensum iis tribuant.

Sicuntigitur, quod, cum injuriam ab inimico accipi-
mus, ita charitas nostra erga ipsum affecta esse debeat,
ut quin odio indulgeamus, quin mentis indignata et hūp-
ta naturā ad vindictam prolixis rationibus aures prebea-
mus, in id ardenti studio incumbamus, ut scilicet eum ad
nostri dilectionem exitemus, atque Deo lucremus. Hoc
ipsum est, quod S. Paulus* vocat, congerere carbones ignis * Rom. 12. v. 20.
super caput ejus. Enimvero quoniam sunt hi carbones ignis,
nisi beneficia illa, qua data occasione in inimicum conferi-
mus? Beneficia, qua velut carbones extinctam in ipsius cor-
de charitatem demum accendunt; beneficia, qua in ipsius
anima ardentem peccitudois dolorem provocant, quō,
quamvis aequi parum tractabilis esset ac ferox brutum,
ipsum pudet, illi malum velle, à quo bonum accipit.

O quam admiranda est hac ars lucrandi inimicum!
O quam gloriosa est ista, qua de ipso reportatur, victoria,
non vobis quidem, qui ad corrupta saeculi hujus principia
vitam vestram instituitis; sed vobis, qui vivo fidei lumine
illustrati aequum de vera Christiani gloria iudicium festis,
quā inimici vincuntur non irā, sed mansuetudine; non odio,
sed amore; non malitiā sed bonitate.

Ratio et modus vincendi et vincendi in bellis Domini Esto vir fortis et
longa diversus est ab Olympicis ludis et hominum certaminibus, proliare bella
ajunt SS. Joannes Chrysostomus et Gregorius*, Hic qui Domini. 2. Reg.
caedit et perimit, coronam reportat; ibi qui per- * S. Greg. Hom.
iculus non reperit, hostem castris exiit. Hic Dextari- 25. in Evang. et
tati et animo illius applauditur, qui aggressorem suum 3. part. pasto-
terra affigit; ibi lenitati et charitati illius benedicitur, ralis cura.
qui beneficiis malitiam inimici sui devincit. Hic in victo-
rem plebs voca, qua barbaro spectaculo paritur, acclama-
tiones et laudes congerit; ibi victor gratiam Dei meretur,
atque spectaculum fit Angelorum admiratione dignum. Hoc
coeleste gaudium, hoc Angelorum Spectaculum. Hic qui
vincit, industriā aut casu sibi corpus subigit, quod ma-
jori fortitudini succumbit; ibi qui vincit, generositate
et amore triumphat de corde, quod subigera praeda est om-
nium praedarum gloriosissima.

Sicuntigitur cum S. Chrysostomo? Infinitum meritonum
et gloriae thesaurum vobis comparatis, dum praestantissi-
ma virtuti omnium cupiditatum ferocissimam consecratis,
dum fratrem vestrum amicitia, quam ipsi exhibetis, ut

illius vobis vices reponat, inducitis, dum ab ipso omnes
obii causas remouetis, dum satagitis cum unâ vobiscum
probrum efficiere, sicut ille vos unâ seum malos facere co-
nabatur. Inne vobis animus? quod si ita sit, Deo gratias re-
pendo maximas; at verò sin' minis, vehementer motus,
ne iis, quae ipse à vobis exigit, non satisficiatis.

Christus vult
non solum nos
ignoscere delin-
quantibus, sed
ut amemus eos.

Nam si tantum-
modo non laedas
eum, qui te la-
dit, avertas te
tamen ab eo,
ne libenter
eum videas
manet sine du-
bio vulnus in
pectore, p.

S. Chrysost. lib. i.
De compunct.
cordis.

Si Jesus Christus vos à peccato custodire. Solum nobis
voluisset, ipsi satis fuisset à vobis cor omni odio ac vindicta
affectu liberum et vacuum expatere; ipsi, inquam, satis
fuisset vobis dicere: Ne reddatis malum pro malo, nec contu-

meliam pro contumelia. Sed quando vult, ut amorem pro
odio, laudem pro obprobriatione, preces pro imprecationibus
beneficia pro malefactis reponatis, an non vobis inuit, non
sufficere, ut innocentiam vestram conservetis, sed ut ini-
micum vestrum ad suam reuocare conemini, atque sicuti
vos bonum et pacificum efficiatis, et vestro exemplo ad vos
amandum inducatis, saluti ipsius cooperemini, ut sic ei
charitate conjuncti cum illo ipsèque vobiscum ingredi volea-
tis illam pacis civitatem, ubi aeternus amor dominabitur?

Hae ego non nisi post SS. Chrysostomum et Augustinum.

Unanimis omnium Theologorum est sententia, illum
non esse Christianum, qui cum inimicum suum in extrema
et urgenti necessitate constitutum videt, eidem illa, quae po-
test, non praebet solatia. At verò quae major necessitas
quam ea, ad quam per orbem, quo vos persequitur, se
ipsum redigit? quomodo nunquam ipsi vestro amore ma-
gis opus est.

À demone obsessus est, malignus Spiritus ipsius operanti-
tus, ut finem suum assequatur. In tenebris ambulat, coram
Deo homicida est, et vita aeterna in ipso non manet! Sunt
verba S. Scripturae: Denique tam deplorandus est ipse
status, ut aeternum damnaretur, si in suo odio vitam po-
neret. Quis graviores necessitates sibi possit imaginari?
Inapropter si verè et perfectè Christiani estis, malo, quo
vos afficit, oculos claudatis, ut eos damno, quod sibi ipsi intulit,
aperiatis, hincque illius infelicitatis aspectus vos ad
misericordiam commoveat, et impellat ad restituendam
illi charitatem, quam amisit; utique beneficia vim
habeant, procreandi amicitiam, ubi ipsa non est, eandem
ipsi hac ratione inspirare nitamini.

Quod si magno suo infortunio ita induratum gerit eos, ut
iis omnibus, quae in ipsum confertis, officiis non nisi impa-
cationibus et vituperariis respondeat; ne propterea despon-

deatis animum; inquit S. Augustinus; quod per vos ipsos
efficere non valetis, id à Deo afflagitate, et quia cum in avi-
denti periculo persumdi cernitis, Dominum obsecrate, ut ipsi
gratiam se vobis reconciliandi tribuere dignetur, cum non
ignoratis, ipsum nunquam à Deo veniam obtenturum, nisi
vobis ignoscat: Ora pro periclitante.

Hinc facile intelligetis, quæ hujus S. Patris mens sit, quan-
do vult, ut inimicos vestros diligatis, et simul odio habeatis.
In ipsis duo sunt; sunt homines, sunt et peccatores; unum
Deus creavit, alterum ipsimet efficiunt. Ipsorum natura,
an Creatoris opus. Unum diligere, alterum odire oportet:
diligere opus Dei, odire opus hominis.

Igitur non vato, ut inimicos vestros odio habeatis,
quin potius id vobis præcipio: sed volo, ut eos illo perfec-
tionis odio prosequamini, quo David in suos ardebat; Per-
fecto odio oderam illos: odio illo, quod non personas, sed
peccata eorum; non naturam, sed corruptionem ipsorum
respicit: illo odio, quo peccator destruitur, et homo
salvus fiat, quo ut ipsius in vos inimicitia finem accipiat,
pro ipso Deum obsecratis, atque interdum et opportunè
vestris beneficiis ipsum præveniatis. Fratres, nisi idne
faciatis? ad illum innumera iuvamenta vos induunt.

Ex his ~~enim~~ duntaxat seligo, quæ mihi suppeditat Evan- Part 2.
geliùm. Primum quod ad hanc inimicorum vestrorum 222.
dilationem et sublimem illum, de quo nunc egi, perfec-
tionis gradum vos impellit, est qualitas filiorum Dei. Dili-
gite inimicos vestros, inquit Jesus Christus, benefacite his,
qui oderunt vos, orate pro persequentibus et calumnianti-
bus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui est in caelis.

Ut hujus rationis vim participatis, observata, audito-
res, quod statim ac per Baptismum regenerati, ~~boni~~ et ad
filiorum Dei ^{qualitatem} vocati sumus, imprimis ipsum in omnibus,
quantum in nobis est, imitari tenemur: enim verò si
carnales filii patribus suis aut in vultus lineamentis, aut
aliis corporis signis sapè sunt similes; filii spirituales
debent, juxta gratiam, quam accipiunt, gradus esse ipso-
rum Patri caelesti in sanctitate similes.

Insuper hoc interest discrimen, quod carnales filii im-
merito vituperentur, si patribus suis non sint similes,
quippe cum lineamentorum conformitas nullo pacto

* S. Chrysost.
Hom. 8. in 1.
ad Tim. c. 2.
et de man-
suetudina
Tim. 5.

Sciendum est
Christum non
impossibilia
præcipere, sed

perfecta, que
David fecit in
Saul et Absa-
lon. Stephanus
quoque pro ini-
micis se lapidan-
tibus deprecatur
est, et Paulus
anathema esse cupit pro
persecutoribus
suis. Hoc autem
Iesus docuit,
et fecit, p.
S. Aug. Sermon.
98. De temp. in
C. S. Matth.

ab ipsis dependeat: cum à contrario Christiani aeternum
puniantur, et à Patre suo reprobabuntur, si ab ipsis
sanctitate et bonitate degeneraverint. Magna equi-
dem ab ipsis exigit, inquit S. Augustinus; sed tamen
perfecti esse possunt: Vult, ut sint perfecti, ergo
ipsis similes esse possunt: sed quomodo? Nempe
Coslastis hic pater Solem suum orire facit indifferen-
ter super bonos et malos, super eos qui ipsi servunt, et
super illos, qui ipsum contemunt; bonum pro malo red-
dit, et nulla hominum ingratitude habita ratione,
eodem beneficiis cumulat: En exemplum, quod pro vici-
bus vestris sequi vos cupit, quò tanquam filios suos agnos-
cat; cum hac divina adoptio omnium, que vobis in se
possunt, qualitatatum sit eminentissima.

Sed quid ò Domine? non nisi de minimis benignita-
tis tuae signis nobis loqueris; de Sole, quem super capita
nostra oriri facis, de pluviiis et roribus, quos in agros nos-
tros affundis; Cur non de dono illo ineffabili loqueris, quod
à te accepimus, cum proprium filium tuum nobis, et imma-
nis peccatoribus, dedisti?

223.

An unquam Fr. M. j. et hæc est altera ratio, quam priori
adjungo: An unquam animo perpendistis infinitam Patris
æterni benignitatem, qui adeò vos dilexit, ut unicum
filium suum, quò vos sibi reconciliaret, in mundum
miserit? An unquam attento animo considerastis hunc
dilectum filium ad similitudinem vestram factum, ut
juncta suam vos reformaret? Vidistisne illum contumeliosum
affectum, lacrimatum, ictibus contusum, morte punitum,
et tamen pro inimicis suis obsecrantem: et cum filios eum
oculis vestris objacit, an non simul ad capiendam ab hoc
tanti eximio exemplo utilitatem vos permovit? Nulla
unquam adeò uogens causa fuit aivta, nulla ratio vo-
bis reconciliationis et pacis cogitationibus inspirandis
tam idonea.

Si illum tanquam Verbum Incarnatum considero, in
una persona eodemque persona Deum et hominem con-
jungit. Si ut Sacerdotem secundum ordinem Malchisedech
contemplor, omnia Sacerdotia omnesque victimas in
unam solam victimam cogit. Si ipsum valent lapidem an-
gularum perpendo, Judæos et Gentiles combinat: Et deni-
que si eum tanquam Christianorum Caput et exemplum

intusos, illos in eadem amoris et Spiritus Societate constringit.

Antequam in mundum veniret, homines Caput habebant, at Caput istud illos ad discordiam et ortum adducebat. Frater fratrem statim per insidias interfecit, et hoc homicidio naturam cordibus et vincula videtur assuevisse, inquit S. Basilius Seleucensis. Alio ergo Capite opus fuit, quod inter eos concordiam et amicitiam stabiliret, et hoc ipse praestitit.

Ad hujus Capitis et exemplaris aspectum, Sinitime, quod inimicos vestros adorari non possitis, quia simul Jesum Christum impetatis, omnesque injurias, quibus eos afficitis, velut sibi imat illatas respiciat? Olim Job à Deo exprobat, ut illum justa se poneret, Bone me juxta te. Enimvero Sanctus hic vir omnino sibi persuasum habebat, nullum fore brachium, quod non stupesceret, nullum cor, quod non emolliatur, ubi ipse sub tam favente aedulo inveniretur. Sed heu! ^{longe} ~~saepe~~ aliter evenit. Nullus est Christianus, quem Christus Jesus juxta se non posuerit; dicamus melius, nullus est, quem artis vinculis sibi non conjunxerit; et tamen, quis nostrum adeo Sanctum aedulo reveratur? Quis in suo inimico Jesum Christum, et in Jezu Christo inimicum suum considerat?

His, quae hactenus elocuti sumus, finem imponamus ultimo incitamento, quod Status, in quo nos esse oportet, respicit, Status meriti et perfectionis, qui opera nostra in ordine Supernaturali sursum tollit, atque nos ab Ethnicis et Publicanis distinguit, si condignam mercedem recipere volumus. At vero si non nisi eos diligimus, qui nos diligunt, nihil agimus, quod non faciant Publicani et Pharisei, adeoque nihil, cujus pro aeterna vita Deus rationem habere debeat.

Ut ut peccato primi hominis depravati simus, sunt tamen nobis certa quaedam ad bonum propensiones, ut sunt illae, quibus impellimur ad colendos parentes, amicos servendum, amandos consanguineos, iis, qui nobis obsequia praestiterunt, gratitudinem nostram exhibendam. Sed ut ut laudabiles sint haec propensiones, si tamen solae fuerint, nullius sunt ad vitam aeternam meriti; hujus rationem offert S. Augustinus: In omnibus hisce rebus aut natura agit aut cupiditas, quae natura vitium est. At vero Deus

224.

nec natura nec cupiditati ullam unquam attribuit mercedem, sed solis bonis operibus per gratiam Iesu Christi factis, qui naturam reparavit, et nos à cupiditate liberavit.

Si diligitis eos
qui vos diligunt,
quam mercedem
habebitis, non
ne et Publicani
in hoc faciunt?
Matth. 5.

Agnoscamus in hoc plerorumque nostrorum bonorum operum inutilitatem. Agnoscamus, quòd, si eos duntaxat dilexerimus, qui nos diligunt, nihil agamus, quòd Ethnici non fecerint, proinde nihil, quòd nobis in titulum mercedis atque na cadere possit. Agnoscamus, quòd, ut hanc mercedem obtineamus, id nos agere oporteat, quòd Ethnici non egerunt, namque diligere inimicos nostros propter Deum, eis servare, idemque pro ipsis obsecrare.

225.

Ne ergo amplius dicatis, quòd usque ad vos imperare haud valeatis. Valeratis utique si de conciliando vobis alienius terra Principis patrocinio et gratia ageretur: at ubi de reddendo Deo vobis propitio solummodo agitur, id vobis impossibile videtur. Non etiam amplius obtendatis, nimiam vobis vim fore inferendam, animvero an ignoratis, quòd non nisi illi qui sibi vim faciunt, coelum rapiant? Equidem inimicus vester forte peior inde evadet, et vos inde meliores fietis; mundus vos contemnet, et Deo vos in partibus habeat; velut ignavi reputabimini, et Iesus Christus, qui novit, in quo vera fortitudo consistat, vestram exaltabit, ei quoque, quam meretur, mercedem retribuet.

De Amore Inimicorum.

Condonatio injuriarum, Reconciliatio, p.
Sermo Secundus.

Profer. 6a
pro Cineres.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene
facite his, qui oderunt vos, p. Matth. 5.

226.

Ne abutemini, Auditores, me hinc multa verba et argumenta adhibitorum, quò ineluctabilem, quàm tenemini, inimicos vestros diligendi necessitatem vobis persuadeam. Legislator se ipsum adeò claris terminis explicat, illius adeò validas rationes affert, iis, qui hoc praevalens dilectionis praeceptum servaverint, adeò praeclara spondet praemia, illis vero, qui illud praevaricati fuerint, adeò terribilia minatur supplicia, ut nobis sufficiat esse Christianos, quò noscimus, omnes inimicitiae et vindictae affectus in nobis esse suffocandos, nisi evidenti perditionis et

reprobationis aeterna periculo nos exponere malimus.

Verum, si omnes Christiani hanc veritatem omnino
 perspectam sibi habent, cur ergo Christianae
 reconciliationis, veniae, et sineera dilectionis tam rarum
 officium? Nempe, Auditores, grave mandatum istud ad
 tam paucos, et ad conditiones amori proprio ita accommoda-
 tas, reducitur, ut vera charitas nullum amplius locum in eo
 inveniat. Sunt, qui de legis hujus Severitate conqueuntur,
 cujus adimplerionem voluit impossibilem intuentur; haec
 mens vindictae cupidorum: Sed saepe non pauciores inveniu-
 tur, qui excusandis lenimentis et politicis subtilitatibus
 vim legis hujus eludunt: Haec est manus fucatorum Christia-
 norum et hypocritarum.

Quia igitur tantum interest mentes vestras erudire, quan- 227.
 tum corda vestra emollire; tantum vos ab erroribus libe-
 rare circa dilectionem inimicorum liberare, quan-
 tum munera, quibus erga ipsos obstricti estis, vobis
 exponere; tantum vobis ostendere, quâ ratione illos
 diligere debeatis, quantum vos convincere, quod salvi
 fieri haud possitis, nisi illos diligatis: Ad ea, quaeso, ani-
 mum attendite, quae SS. Patres et Doctores Catholici hac
 de re memoria prodiderunt, ut absolute necessarium
 hoc munus cum fructu obatis.

Inimicos vestros diligere debetis, id vobis Jesus Christus
 praecipit; dilectionis hujus exemplum vobis praebuit, id
 vobis: Verum an etiam nostis, quibus conditionibus
 ipsos diligere tenemini? Tantum plures, quibus hanc
 inimicorum vestrorum dilectionem instructam esse
 oportet; sed duae praecipuae, ad quas omnes aliae re-
 feruntur. Suntne vobis inimici? festinate ipsis recon-
 ciliari; en urgens munus. Suntne vobis inimici? ex to-
 to corde vestro ipsis reconciliamini; en obligationem
 ineluctabilem. Sine mora ipsorum amicitiam capta-
 te, ipsis absque ulla limitatione aut exceptione vos-
 tram largimini. Reconciliamini ipsis, ~~in~~ tampe-
 tampestivè, reconciliamini ipsis ex ~~pro~~ toto corde.

Si prudentia deputatur, quando tampestivè ea
 agimus, ad qua agenda consuetudo nostra nos obligat;
 si nunquam nimiam diligentiam adhibere possumus in
 obeundo munere, cujus adimplerionem magna sequun-

Divisio.

Part 1.
228.

tuus premia; si Denique nunquam nimia festinatio-
ne ea adimpleri possumus, quocum sola Dilatio proxi-
mè ad magna peccata impellit, atque suapte natura
à viâ salutis abducit: oportet, ut statim vobis di-
cam, quòd hæc sit natura dilectionis inimicorum:
Dilectio, quæ minus est non minus urgens, quàm
ineluctabilis: Dilctio, cujus commoda et fructus,
cunctis humanis rationibus quantumlibet reluctan-
tibus, haud satis cito colligere valetis: Dilctio deni-
que, cujus mora plerumque non nisi cordis Duritiam mi-
nus flexibilam, majoraque Sincera reconciliationis
obstantia seum trahit.

Nostri S. M. Serius aut citius inimicis vestris ignosce-
re tenemini, tenemini, inquam, ipsis reconciliari, ma-
la, quæ vobis intulerunt, oblivioni tradere, pro ipsis ora-
re, in ipsos opportune beneficia conferre, quibus palam
fiat, quòd ipsos diligatis. Expressa hûc est Lex: Ego au-
tem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his,
qui oderunt vos, orate pro persequentibus et calumnian-
tibus vos, inquit Jesus Christus.

230.

Quando Deus primis temporibus Legem suam Judæis tra-
didit, eadem præfationem minitatem ac terribilem præ-
fixit, ait S. Joannes Chrysostomus: Audi Israël, Ego sum Do-
minus et Deus tuus. Sed Jesus Christus ubi Legem dilec-
tionis inimicorum instituit, vel potius ei majorem, quàm
habebat, amplitudinem tribuit, præfationem indulgen-
tiæ et misericordiæ plenam eidem præposuit: Ego autem di-
co vobis, Diligite illos, id ego vos rogo, ego, qui Legisla-
tor et Redemptor vester sum; ego qui nullâ ratione habi-
tâ contumeliarum, blasphemiarum, et atrocium injuria-
rum, quibus me affecistis, majorem erga vos habui benigni-
tatem, quàm vos erga me malitiam et ingratitude;
id, inquam, ego vobis dico, id ego vos rogo: Illorum gratia id
agite, quòd ego pro vobis egi. Equid ergo vestra commo-
da vobis magis cordi sunt, quàm mea mihi fuerint? An
ego minus injuris, quibus affectus fui, commoveri debe-
bam, quàm is, ob quas conquerimini?

231.

Posthinc, Auditores, nulla familiaris rationes, nulli Decen-
tia prætextus, nulla injuriarum atrocitas, nullum pericu-
lum, ne nimia facilitate vestra alii abutantur; nullum

inquam, horum momentorum vos eximere potest à
 prompta adimplatione obligationis illius, quae tot tan-
 tisque titulis vos urget; siue vos ipsi injuriam perpessi
 fueritis, siue proximum vestrum offenderitis. Enimvero
 si vos eum offenderitis, quamnam satisfactionem obtendere
 valebitis, qua vos eximat, ne veniam ab ipso petatis, atque
 ipsi reconciliemini? Contentioni dedistis initium; nunc
 vestra interest, ut et reconciliationi datis initium, quò
 veram et sinceram pacem obtineatis. Primi Christiana
 charitatis leges violastis, primi illius jura violare te-
 nemini. Properate igitur id exequi, quod Dominus Christus
 vobis praecipit: Sine mora quarite occasionem vos fra-
 tribus vestris reconciliandi, ut Sol neque super vestram,
neque super illorum iracundiam occidat.

* Ephes. 4. v. 26.

Sed ego offensus fui: Ergo tantò majus tibi meritum
 obveniat, si pro fratre tuo agas, quod Deus pro te agit. Ita,
 Deus, quem primus tot tantisque peccatis contra ipsum
 commisisse offendisti; Deus tamen, qui primus tibi pacis
 conditiones obtulit. Eras ipsius inimicus, et te primus di-
lexit. Domum paternam sicut filius prodigus deserueras;
et ubi hic pius pater à longè te vidit, accurrens cecidit super
collum tuum, et osculatus est te. Ab ovili exieras, et beni-
gnus hic pastor post te curavit, et quin vel plagis, vel acriori-
bus verbis te auferret, in humeros suos te imposuit, et de ve-
ditu tuo cum amicis suis latatus est.

Præcellens exemplar diligentia illius, quâ illos, qui vo-
 bis mala intulerunt, beneficiis praevertere, nec vindicta
 alienius umbram apud vos esse residuam ipsis significare debe-
 tis, siquæ ab excellenti Jesu Christi documento compendi-
 um facere, qui vult, ut si recordati fueritis, quia frater vos-
ter habet aliquid adversum vos; relinquantis munus vestrum
ante altare, et vadatis prius reconciliari fratri vestro. Ita,
 ite, nos vos pudeat agere quod Deus egit; non vos pudeat axi-
 qua commoda tam solida gloria conservare, quâ per anti-
 cipatam charitatem tanquam veri filii patris coelestis agnos-
 ci mereamini: huius enim conditioni hanc gloriosam prerogativam
 convenit.

Datur, inquit SS. Patres, filiatio adoptionis, filiatio
 imitationis, et filiatio reconciliationis. Filiatio adoptio-
 nis; de ea S. Joannes*, ubi ait: Videte, qualem charitatem
 dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Filiatio
 imitationis; et hoc sensu dicitur Judaeis: Attendite ad Abra-

* Ep. i. c. 3. v. 11.

ham Patrem vestrum; ut namque ad ipsius vitam mores suos conformant. Filiatis reconciliationis; sic filius prodigus in S. Scriptura vocatur filius Patrisfamilias, ut ostendatur, quod cum ipso in gratiam redierit.

Hoc Supposito: En quantum vestra interest, ut inimicis vestris celeriter ignoscatis; eum vero vi hujus reconciliationis et veniae tribus modis aeterni et coelestis Patris filii efficiimini. Jam ut suos per Baptismi gratiam vos agnoscat; sed vult, ut huic prima gratia duae aliae jungantur, scilicet ea, qua cum imitamini, et illa, qua inimicis vestris vos reconciliatis, quemabmodum ille se vobis reconciliauit.

232.

Nac plura: En tertiam rationem, quae, quantum spero, penitus vos convincet. Tenemini cum inimicis vestris sine mora in gratiam redire; quare? quia quanto diutius reconciliationem vestram distuleritis, tanto difficiliorem, ne dicam, moraliter impossibilem eam reddetis.

Ex duobus unum; aut semel, aut nunquam inimicis vestris ignoscere. apud vos statutum est. Nunquam illis ignoscere, prohi quale consilium! quantus furor! Quamvis tot lacrymas funderetis, quot sunt guttae maris; quamvis totum corpus vestrum conentaretis, acerbissima supplicia sustineretis: nisi usque ad vobis imperetis, ut inimicis vestris veniam impetiamini, nunquam Deus vobis ignoscat; fidei articulus.

At si cum ipsis aliquando in gratiam redire vobis vatum est ac fixum; ecur non hodie? Si ipsis reconciliari differatis, etiam ipsos amicos habere differatis, cum tamen cupitis, ut aliquando fiant amici vestri: prima injustitia Vos ipsos usque ad tempus illud, quo illis ignoscatis, evidenti aeterna damnationis periculo exponitis. Si enim incertos nec opinantes vos mors occupet, quis certos facit, quod Deus hujus futurae reconciliationis consilii vobis sit rationem redditurus, ipse, qui vos judicaturus est secundum presentem, in quo vos reperiet, Statum, Statum re vera horrois et odii? altera injustitia.

Una die lapsa
granda fuit vi-
tium, adduntur
illi p.
S. Chrysost. Hom.
de Similitate.

Humanum est
irasci, sed non
debet irascen-
dia tua natus

Sed licet etiam, quod, si veniam hanc procastinatis, die secundo majora obstantia quam primo; majora quarto, quam tertio in ea inventuri sitis? fastidium in horrorem, horror in inimicitiam, inimicitia in odium, odium in

obstinationem mutabitur. Et hoc integro temporis
spatio, quot gratia ~~beneficia~~ et inspirationes suffo-
cata, quot confusiones et communionis sacrilega?
Quis horrendus Sacramentorum abusus!

Hæstinate igitur F.M. cum inimicis vestris redire in
gratiam, atque illis cum S. Bernardo* dicite: In odium
que placuerit. In me forte iudicium, contumeliæ apud vos
habeo, contumeliis et injuriis à vobis afficiar: at si me non
diligatis, vos tamen diligere mihi ratum fixumque est. Qui
amicum servare volunt, occasiones se ab ipso separandi qua-
runt; quod me spectat, si ve malum mihi intuleritis, si ve
non; vobis adhaerebo, at si nolitis, adhaerebo. Vincar injuriis,
vincam obsequiis, invitis præstabo, ingratis adiciam,
honora bo et contemneres me.

At an non nimium hæc loquitur S. Bernardus? Id
dignitatis, volim, ex secunda vera varia et christiana
reconciliationis conditione, quæ in eo consistit, ut ex
corde inimicis nostris ignoscamus; iis beneficiamus,
qui adveniunt nos; et pro iis oramus, qui persequuntur
nos. Hæc sunt ipsissima Jesu Christi verba, et ideo
à nobis totum cor nostrum expetit, vultque ut ex in-
timo corde illatas nobis injurias ipsis condonemus: Dimi-
saritis de cordibus vestris.

Quid est ignoscere inimicis vestris? Scilicet illum in
eundem statum restituere, in quo erat, antequam vos
offenderet. Prius ipsum salutare, cum ipso sermonem
mixare, ipsi indicia vestri in eum studio probare con-
sueveritis. Quod si igitur illum verè diligitis, ac se ipse
cum illo in gratiam rediistis, modo etiam illum saluta-
re, non cum ipso colloqui, eique quibusdam externis
testificationibus significare debetis, quod eundem,
ac olim, in corde vestro locum obtineat.

Nec tamen hæc ratione dicatis: Ipsi cor meum
tribuo, quia id ita fieri oportet; sed nullus unquam
sermo mihi cum ipso sermo erit, nunquam illum
invisam. Quid! ipsum alloqui, ipsum invisare de-
testatis, et tamen cor vestrum ipsi non denegatis?
quod majus est, agitis, et quod minus est, facere renuicatis?
O funestum errorem, quot Christiani per te æternum
pererunt! Illius igitur oppidò exiguum habetis asti-

luculus proavis suspi-
sionibus irigare,
et ad eorum odium
pervenire. Aliud
est ira, aliud est
odium. Ita festu-
ca est; sed festu-
cam si nutrias,
talis erit: si
avallas et pro-
jicias nihil erit.

S. Aug. Hom. 40.

* Ep. 253.

Part 2.
233.

mationem habetis, cum haud tanti, quanti vel unum
verbum apud vos veniat. Illius, inquam, oppido ~~est~~
~~est~~ exiguam aestimationem habetis, cum illum
salutare aut invidere detrahitis. Duo loci offatis, si haec
eademque ratione Deus vobiscum ageret? et quod infor-
tunium vestro possit equiparari, si ipsa diceret, quod
equidem vos diligeret, et tamen nunquam vos videre, nec
vobiscum sermonem habere vellet? Quando cor tribuitis,
omnia tribuitis, et ubi minimum quid excipitis, nun-
quam verè cor vestrum tribuitis.

Hic vel propriam experientiam, ^{vestram} vel ea, ex publica
notorietate communiter in mundo fiunt, appello. Nun-
quamne periculosè deambulastis? metus, aeterna dam-
nationis, quo tunc percelleremini, crebra Confessio
Solicitationes tum ad christianam reconciliationem
impulerunt. Accersitus est inimicus vester, ipsum
amplexati estis, mutua vestra Similitudo vobis
Summè displicere significastis. Postmodum sanitate
recuperata omninò frigidi erga hunc inimicum ~~estis~~
fuitis, fortè nec vel cum ipso sermonem habuistis, nec
ulla reconciliationis signa ei dedistis.

234.

Si in illa agitudine, ubi mori timebatis, Deus vos
ex hoc mundo arripisset, an arbitramini, quod ei haec
reconciliatio sufficisset? vehementer timeo, ne vel
minimè; quin à contrariis fortiori ratione crediderim,
quod aeternum periretis, potius, quàm quod salutem
aeternam consecuti fuissetis: cur? quia huic inimico
cor vestrum non dabatis. Non nisi mortis metu eum
videbatis, videbatis eum, inquam, sed non nisi vehementi-
tium trepida conscientiae remorsuum sedandorum cau-
sa; non nisi aeterna et fixata erat reconciliatio. Haec
omnia in spem duntaxat erant. Imò, quod funestum
est, quia cor vestrum nullam in hac reconciliatio-
ne partem habebat, hypocrisis odio, et vindictae digni-
mulationem iungebatis. Ab illo tempore vivente
nullam vobis indignationis ansam praebuit, imò fors
amicitiam vestram ambivit, et tamen vos ipsius con-
sortium devitatis, et, ubi factu occasio, in ipsum obsequia
conferre venitis.

Vultis, ut credam, vos tunc illum verè amasse, et ad
huc amare? cum in statum illum restituite, in quo
erat, priusquam vos offenderet. Ipsum salutabatis, et

nunc Salutate. Cum ipso vobis sermo erat, sit et modò.
Calamitates, quibus affligebatur, vos commovebant,
sit adhuc vobis pro illo quidam animi sensus; et tum
reconciliationem vestram sinceram esse dicam; sed
animum precepto non satisfacitis, et dum ei non satis-
facitis, si in hoc status, mors vos occupet, procul subis-
ateonum peribitis.

Verum mihi dicatis, an ergo mihi erga inimicos meos
eos idem amoris sensus animique affectus ipsis acquirere ac
amicis meis obsequia prestandi debet esse? Id à vobis
haud exopto; imò interdum est impossibile: sed cupio,
ut vobis sit voluntas ipsorum commodis pro vestra possi-
bilitate prospiciendi, ita ut, si per vos solummodo sta-
ret, ipsos exiguis quibusdam, quae in ipsos conferretis,
obsequiis à miseria liberare, indagare tandemini. Cu-
pio, inquam, ut tantum absit, quòd ipsorum prosperitas
vobis morrorem afferat, quin potius inde Deum laudatis,
cumque, data occasione, pro ipsis precemini, adeò ut,
si in generalibus vestris precibus, illorum quisquam studio
à vobis excluderetur, latiale peccatum committeretis,
inquit S. Thomas.

Verum si hoc ita sit, tum pauca admodum inveniuntur
verae reconciliationes, imò pauciores, quàm arbitramini.
Promissa debent esse, et plerumque ad mortem usque pro-
crastinantur; Sincerae sunt, oportet, et sapè non nisi fua-
ta sunt. Obsequiis et precibus foemdas esse. necessarium est,
et plerumque sunt infructuosa et steriles.

Ô Deus immortalis, quàm multi Christiani hac sola ra-
tione damnantur! Cum inimicis nostris in gratiam redimus,
quia id oportet, quia rogati sumus, quia tempus vindictae
magis idoneum operimur, quia id viro promissionis, cuius
amicitiam tueri ac fovere multum nostra interest, quia
ad percipienda sacramenta accedere volumus, ac saltem
ora necessarium est proferre id, quod cor nondum loquitur:
nampe, Ignosco tibi.

Ignosco: perfice hypocrita, perfice. Ignosco; sed injuri-
am vindicabo, ubi pater meus obierit: Et inquit, quod
Erau. Ignosco; sed data occasione inimicum meum à me-
sio tollam: Sicque facies, quòd Joab Absalon facit. Ignosco;
sed ubi clamulum ipsi nocere, ipsius famam apud alios

Denigrare, ipsius fidem apud illos, qui ei officia praestare voluerint, suspectam reddere poteris, id, ubi tulerit occasio, facere non praetermittam. Tuate Christiana haec dicis, vel saepe cogitas, et haec te aeternum damnabunt necnon tuam infinitam hominum multitudinem. Quod si hoc verum non est, tunc flammis tradere Sacras Scripturas oportet ac dicere, Prophetas, Apostolos, ipsumque Jesum Christum non nisi mendaces esse. Quod si vero id ita est, serio conscientiam tuam percontare, et vide, quo animo sis affectus.

237.

Ô mi chare frater, vita tua admodum brevis est! brevi forte omnium tuarum actionum ratio reddenda erit illi Deo, qui secretissimos cordium motus scrutatur. Quid ei respondere poteris, quando acerbitates tuas et odia tibi exprobrabit? quando tibi ob oculos ponet, te apprimè novisse, quod, ut salvus fieres, esset ignoscendum; id tamen exequi veneris? quando se ipsum velut exemplum exhibebit tibi que dicit: an ab inimicis tuis tanta mala perpessus es, ac ego à meis? an indignius habitus, an contumeliosius vexatus, an crudelius exagitatus fuisti, ac ego?

Ob exiguam honoris umbram, cognominis ridiculum, jocularis cavillationem, contemptum, leve verbum in horrendas imprecationes et injurias exipisti; indignationem tuam ad furorem usque perduxisti; amicos et familiam tuam ad ultionem incitasti: Abi maledicta, nunquam à me veniam impetrabis; si mille darentur inferni, et te ad mille damnarem, sed sat diu, in aeternum scilicet, ibidem ardebis.

Per amorem Dei dilacte mi frater, his terribilibus tandem cede minis, moveat te propria calamitas, tuique ipsius miserere. Si huc usque aliorum preces, sollicitationes, suasiones cor tuum emollire non valuerunt: Si haecenus lex Dei que exemplum non satis validi aggeres fuerunt ad coercendum vindictarum tuarum cursum, nunc saltem tuae utilitati propice; salutem tuam cogita mi charissime frater, salutem tuam cogita: cur vis perire, et spontè tibi vitam salutis praecludere? cui, nisi misera anima tua beneficium praestabis? cuius miseraberis, nisi tui ipsius, qui omnium miseriarum maxima et horribilissima pates?

Quis amborum vestrum crudelioram sentiet vindictam? an tu, qui in inferno aeternum ardebis, an inimicus tuus, qui forte magis Christianus magisque pius quam tu, aeternum Deo fovetur, eo quod tibi ignoverit, ac te dilexerit? Si tantum sufficeret, ut pedibus tuis advolverer, quod ab immensi corda tuo hanc veniam extorquerem, libens id facerem: at quis ego sum, ut à te gratiam postularem, quam Jesus Christus vix obtinere potest?

Ignosce igitur inimico tuo, sed illi ex toto corde ignosce; ab anima tua omnem amaritudinem ejice, obliviscere injurias, quibus affectus fuisti, omnes, qui te ad vindictam impellere possent, à te remove, nec coeca rationi, nec humanae suisque commodis inhianti politicae, nec furentibus ac violentis cupiditatibus, sed soli Jesu Christo aures praebe, soli ipsius legi morem gere, solum ipsius exemplum sectare, sola, quae tibi minatur, time supplicia, omnem adhibe diligentiam, ut promissa tibi ab ipso praemia valeas obtinere.

Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum
circa amorem inimicorum, condonationem injuriarum christianam
reconciliationem.

I.

238.

Eam, quam volueris, quae Religionem, nullam tamen invenies, quae Christianae similis sit ei quae acqui-
parari valeat, nullam, cujus leges tam sanctae, mores adeo compositi; disciplina tam utilis, consilia ita ab omni cupiditate vacua, placita adeo pura, charitas adeo generosa et tam late patens: Exteros, Domesticos, Sanos, aegrotos, Divites, egenos, amicos, inimicos, omnes amplectitur, et ad mutua charitatis officia impellit. Et si a quibusdam, inquit S. Chrysostomus, quid specialiter Religionem hanc tam admirabilem efficiat, respondebo, id efficere magnum divini illius legislatoris placitum. Dicitur est antiquis: Diligite amicos vestros, et odite inimicos vestros. Ego autem dico vobis, in formet inimicos vestros diligite, et benefacite his, qui vobis malum inferunt.

* Hom. de Si-
multate

Qualis Lex! Lex tamen, quæ immunis esse nemo potest. Quod non jejunes, inquit S. Chrysostomus*, excusationis loco prætaxis, potes corporis imbecillitatem, quod non ignoscas, non potes, nullus hic imbecillitatis oblectus, nihil obest, quominus cum ipso in gratiam valeas. Lex æquissima, et ad cujus adimplerionem infinitæ rationes nos impellunt: 1.º Autoritas illius, qui cum nobis imponit, nempe Deus ipse. Et ubi ille, qui unquam ei impune non paravit? 2.º Commoda et utilitates, quas Deus ex præteritis inimicitiarum nostrarum causis sinit. Inimicum, qui nos persequitur, atrocibus maledictis consuevimus; at si fidei nostra oculos longius protendamus, inveniemus, Deum has persecutions, permittare, necnon ad utilitatem nostram vertere. Nihil timete, inquit Joseph ad fratres suos, qui metuebant, ne injuriarum ab ipsis acceptarum memor, easdem ulisceretur: nihil timete; an possumus divina voluntati resistere? malum, quod mihi inferre putabatis, ipse ad meam utilitatem convertit. Nihil timete, inquam, ego vestri et liberorum vestrorum curam habebo. Cur vultis, ut de Semei ultionem sumam, ait David ad Ministros suos? Sinite illam, lapides et maledicta, que in me jecit, à Deo proveniunt, qui vult, ut ea patienter feram. 3.º Injustitia, quam in Deum committimus, dum jus, quod ipsi soli proprium est, nobis arrogamus: Mihi vindicta, inquit ipse*, Ego illius, qui vos offendit, Juxta sum, non autem vos. Sicut argo, inquit S. Chrysostomus Leges civiles prohibent, ne ipsimet illata nobis mala uliscamur, eò quod Judices constituti sint, qui nobis jus dicant; ita etiam Lex Dei, qui solus supremus Juxta noster est, hanc potestatem nobis non concedit, et ubi eam nobis ipsis arrogaverimus, inde à nobis poenam exiget. 4.º Damnum, quod nobis ipsis inferimus, dum inimicis nostris exiguum debitum condonare renuimus, in jus condonationis, omnia ea debita, que Deus jure à nobis repetit, exsolventur*. Quid vobis videretur de Servo illo, qui Domino decem talentorum millia debebat, alteri conservo suo centum denarios sibi debenti remittere nollet, quamvis sciret et à Domino admonitus fuisset, quod dummodo à conservo suo at confratre nihil exigeret, pariter ipse nihil patere vellet? insensatum

* Deut. 32.

* Hom. 22. de
Jivarris.

* Jn. 8. Matth.

talem utique censeretis: et si usque eò inhumanitatis ve-
nisset, ut exiguum hanc pecunia summam à suis con-
fratre exoptare non vereretur, censeretis utique,
Dominum ipsius jure merito hanc ingentem talentorum
summam, quam ei debet, ab illo exacturum. Atqui ex
sententia Jesu Christi idem vobis eveniet, si ob innumera,
quæ perpetrastis, peccata ei obstricti fratri vestro leves
quasdam injurias condonare detinetis, quarum tamen
condonatio veniam infinite majorem vobis accerseret.

III.

240.

Inimicos ignorare major voluptas est, et gloria,
quàm de ipso vindictam sumere. Quando ignoramus, mil-
le molestias evitamus, quæ vindictam necessario comi-
tantur. Quando ignoramus, majoram benedictionem et
honorem nobis conciliamus, quàm si injuriam ulciscere-
mur. Non modò religio et conscientia ad veniam imper-
tiendam nos impellunt, sed et quietis amor ac gloria.

Vir militaris et bellicose, proh quantum doleo vices
tuas! cum vides te periculum subire aut interficiendi ini-
micum tuum, aut ab illo mortem accipiendi, aut moriendi
in statu æternæ reprobationis, aut fauorosi instar in
pugnata vitam ponendi. Impotens et superba mulier,
proh quantum te luges! cum considero tuam vindictæ cu-
piditatem has lites, hæc criminosa negotia, has inquietu-
dines, et acres indignationes, quibus corroderis, tibi auerisse,
Inimici tui vitam tuam à tenera juventute tua examinavê-
re; mysterium iniquorum et clandestinorum commexio-
rum tuorum revelavissent; parentum tuorum cineres inque-
rimati sunt; modò omnes norunt, unde ducas originem, et
qui parentes tui fuerint; tibi in faciem et coram Judicibus
ca exprobrata fuere, quæ nemini unquam venissent in men-
tem, si hos vindictæ motus, qui tibi infamiam aut exitium
attulerunt, suffocasset.

IV.

141.

Jesus Christus, cum nobis præcipit, ut inimicos nostros di-
ligamus, tres induit qualitates, Regis nempe, Patris, et Exem-
plaris. Tanquam Rex Subjectionem nostram exposit; tan-
quam Pater observantiam; tanquam Exemplar nostram
imitationem. Tanquam Rex Suprema autoritate in nos agit;
tanquam Pater, gloriosis præmiis nos invitat; tanquam Ex-
emplar, præclaris exemplis nos obstringit. Se erga nos gerit ve-
lut Princeps aliquis, qui videns suos ex suis Clientibus, seu, ut
vocant Vasallis, se se mutuis cordibus conficere volentes, ambos

Publica nobis ora-
tio: non dicimus
Pater meus, sed
Pater noster.

capit armisque nudat. Id ipsum, inquit S. Augustinus, fecit
Iesus Christus; nos omnes sub patris charitatis involvit,
et quia nobis vetat, ne inimicos nostros oderimus, ipsis quo-
que inhiat, ne ulum inimicitiae et vindictae affectum
ergo nos gerant. Inde est, inquit S. Cyrillus, quod in Oratione
na Dominica non in particulari Deo dicamus, Dimitte mihi
peccata mea, sed dimitte nobis peccata nostra sicut dimitti-
mus eis, qui nos offenderunt, debitoribus nostris. Haec Oratione,
qua publica est, nos omnes ad eadem consensionis et recon-
ciliationis officia impellit; omnes Patrem nostrum, qui in
caelis est, alloquimur, et quin ei in particulari dicamus Pa-
ter meus, omnes in communi ipsum Patrem nostrum vocamus.

V.

242.

Hoc dilectionis inimicorum mandatum est omni-
um aetatum et temporum mandatum. Nulla aetas,
nullumque temporum discrimen, quo Iesus Christus
nobis non dicat: Dixite à me, quia mitis sum et humi-
lis corde. Atqui si semper ~~hominibus~~ mitis sumus et humi-
les corde, semper etiam inimicos nostros diligemus;
quia duabus animi cupiditatibus resistemus, quae
in nobis hunc amorem destrunt, praecipiti scilicet
ira et superbia. Cur Iesus Christus filius, quae fructus
tempore ad ferendos inepto non habebat, maledixit,
non ad perpetuam sterilitatem damnavit? Ideo,
respondet Origenes, quia, cum filius sit Symbolum man-
suetudinis, haecque sit omnium temporum virtus,
Iesus Christus eam invenire volebat in omnium homi-
num cordibus, qui ei omni aetate fructus praebet. Dabit
tam in hyeme, quam in aestate, aequè humaniter et co-
mitem accipiendo inimicos suos, ac amicus obsequentiae
et urbanitatis signa exhibendo.

VI.

243.

Amor inimicorum debet esse sincerus in suo princi-
pio, gratuitus in suis incitamentis, officiosus in suis effe-
ctibus seu sequelis. Sincerus in suo principio adversus re-
conciliationes simulatas, gratuitus in suis incitamentis
adversus fucata urbanitatis reconciliationes, officiosus
in suis affectibus seu sequelis adversus steriles reconciliationes.

VII.

244.

Apud quosdam Superbos cupido se ostendendi valut viros,
qui sibi imperare norint, impatientiam illatas ulis-

candi injurias, aut indignationem suam manifestandi cohibet. Ad hanc fucatam tranquillitatem eos impellit gratia, sed Superbia. Nampe volunt palam facere, quod ipsis, sicut ceteris hominibus, cupiditates non dominantur. Alii ipsos offendant, ipsis obloquantur, ipsos parum reverenter alloquantur, inde nihil commoventur; animvero facilitas in iram erumpendi ipsis molestior videtur, quam injuria, quibus afficiuntur, et mala, quae patiuntur ab aliis. An propterea harum cupiditatum motus in ipsis haud exurgunt? utique, sed ipsos occultandi et comprimendi legem sibi constituunt, ut ceteri credant, quod se ipsos vincere valeant. Unde illis, qui ipsos cum inconsiderantia et audacia alloquantur, mansueti respondent; obprobriationibus non offenduntur, sive quia ea, quae ipsis imputantur, cum interdum sint commentitia, eis potius ad gloriam quam infamiam cadunt; sive quia arroganti et superba quadam indolentia aliis superiores videri volunt. Nec Stupidi sunt, nec insensibiles; sed quia judicio et ingenio valent, hinc se ipsos cohibere norunt; quidquid acerbum et amarum injuriosa inimicorum suorum agendi ratio continet, id peradent, ac inde summo opere tristantur; at animi invicem tagunt, ut ostendant, quod, quia omnibus injuriis et contumeliis sunt superiores, nihil ipsos movere possit.

VIII.

Cum haec patientia falsa sit et fucata, hinc etiam parum stabilis est. Hujusmodi homines enim clam vindictae occasiones perquirunt, et quod Scelerius adhuc est, injurias uliscuntur minus ex cupiditate quam ratione, minus ex impotentis irae impetu, quam serua attentione; ictus motiuntur, et apposita opportunaque ferunt. Non hic Daemonium illud meridiana, quod in imprecationes erumpit, non Sagitta illa, quae volat in die; sed astutius Daemonium, quod se occultat ne videatur; sed consilium clandestinum et vindicta in tenebris perambulans, omnem affectum suum consequitur, et tamen non videtur.

IX.

Vultus Deus, ut sic inimicis nostris ignoscamus, et illatas injurias obliviscamur? minima profecto. Enimvero et si nobis commendat, ut cupiditates nostras co-

hibeamus, expresse tamen declarat, quod hanc mundi
Sapientiam, proadversitatem Sapientum prudentiam im-
probet, haecque simulata moderatio ipsi infinite dis-
plicat, quod sic morbum periculosiori adhuc morbo
sanare velimus, quod, qui neglectis Evangelii praecip-
tis politica cujusdam Decentiae leges observant, vi-
tam agant Ethnicam non vero Christianam, quod,
qui injuriam dissimulant, nec eam remittunt, id dun-
taxat cupiant, ut scilicet eadem mensura, qua mensi
fuerint, ipsis remetiatur; quod ipsemet id, quod videt,
sit dissimulaturus, sed in ultima die Severissimas penas
inde expetiturus.

X.

245.

* Miseri discunt
vitia, ante-
quam sciant
vitia esse.
Quintil. Inst.
l. i. c. 2.

Plerumque vindictam nostram est eonam reddere
volumus; Sape, inquit à Veteribus quidam, ad
miseri sunt infantes, ut prius patrum vitia discant, an-
tequam sciant vitia esse. Cum lacte iniquas ipsorum
imbibunt propensione. Ipsorum aemulatio, inimicitia,
odium de familia in familiam, de Strips in Strips
transcunt.

XI.

* Hom. 38 in
Evang. 246.

» Caritas vera est, inquit S. Gregorius, cum et in Deo
» Diligitur amicus, et propter Deum Diligitur inimicus.
» Illa enim propter Deum Diligit eos, quos Diligit, qui
» jam et eos Diligere, à quibus non Diligitur, sicut. Proba-
» ri enim caritas per solam odii adversitatem solat.
» Hinc Christus dicit nobis, Diligite inimicos vestros, et be-
» nefacite his, qui oderunt vos.

XII.

247.
* Ep. 2. ad Heb.
conam.

» Bona Mater caritas est, inquit S. Bernardus, qua si-
» ve fovet infirmos, sive arguat inquietos, sive Diligat
» inimicos, sive omnia sive omnia exhibens, sicut filios Diligit
» universos. cum arguit mitis est, cum blanditur sim-
» plex est, Ois solat Savire, sine solo mulcere, pati-
» anter novit irasui, humiliter indignari, laesa non pro-
» vocat, p.

XIII.

248.

Lui inimicos Diligit, Deo omnium, quae à creatura
expectare potest, hominagiorum maximum praesta
Lui inimicos Diligit, se ipsum ad altissimam, quam
creatura valeat attingere, perfectionem evadit.

XIV.

249.

Quando inimicis nostris ignoscimus, Legem, quam Deus nobis imponit, adimplamus, gratia, quae Sancti officium, respondemus, gloria, quae nobis promissa est, dignos nos reddimus. E contrario, quando ipsis haud ignoscimus, observantiam, quam Deo debemus, perdimus, ipsius gratia Spiritum in nobis suffocamus, ac praemium, quae nobis promissum, sponta nos privamus. Deus, ut auctoritatem, quam in nos habet, manifestam faciat, eandem agendi rationem erga nos servare videtur, quam erga primum hominem habuit, cui prohibuerat, ne certum quemdam fructum, quem ipsi notavit, tangeret, quamvis pulcher ipsi videretur. Fructus ista respectu nostri, vindicta est, fructus qui tam dulcis nobis videtur, fructus tamen, qui nobis prohibitus est. * Non quaras ultionem, * Levitici 19. nee memor eris injuria civium tuorum. Ultionem querere est flagitiosa impatientia; vindicta causam non recordari, sancta est oblitio, qua vindicta ipsa usque ad fontem suum suffocatur.

XV.

250.

Vera pax cordis non nisi mansuetudine et humilitate conservatur, et si contingat, ut eis irascamur, quos offendunt, certum est, quod non satis adhuc firma harum virtutum fundamenta in cordibus nostris, iecerimus, minimeque tempestas totum animae nostrae aedificium concupera sit. Nihil haberet patientia, quod laude et admiratione dignum esset, si inimico careret, qui ipsi bellum inferat; sed gloriosa redditur, cum inter procellas, quibus circumdatur, firma stat et immota. Quo magis malo cadere videtur, tanto magis inde exorbitat et fit robustior.

Si movemur ab aliquo laesum, certum est, non esse in nobis humilitatis fundamenta firmiter stabilita.
E. Caspianus
Collat. 18.

XVI.

251.

Dilectio inimicorum, iuxta S. Chrysostomum, omnium virtutum maxima est. Christiana haec generositas est solius Dei opus, et quae magis natura et cupiditas eadem repugnat, eo majus meritum et splendorem acquirit magnanimitas illius, qui ipsis ignoscit. Haec ratio na rupes frangunt fluctus, qui irruunt, simulque ad ipsarum pedes abluuntur. Haec ratione sanctissimi viri omnium victoriarum proclarissimam reportarunt. Hoc quoque preterit vult Deus, ut vos eam reportetis. Si adversus eos, qui vos adorant, non pugnat, tunc eos jam devicistis, atque eis superiores vos jam afficistis. Quae cum

* Rom. 85. in
Matth.

ita sint, cur vobis ipsis per impotentes ira vestra motus
infantiam inuicibus? cur non potius in id incumbitis, ut
siliat alii virtutem vestram fortemque animum ad-
mirantur, atque constantiam vestram stupentes dicant,
quod sine castamine vicaritis?

XVII.

Admirantur alii, quantum voluerint Davidem, cum
insolentem Philistinorum Ducis Superbiam deproffit,
humique affixo caput amputavit; quod ma spectat, ait
* Hom. 2. de S. Chrysostomus, magis ipsum Demior, cum in
Saulis et Davide. Saulis inimico suo, quam facile à medio tollere poterat,
non nisi oram clamydis absceidit, ut hoc signo ostenderet,
quod per ipsum steterit illum occidere, sique sibi Inae-
litarum regnum afferere.

Ibi juvenis hic pastor fundâ, lapidibus et ense opus
habuit; hic vero sola prudentia et virtute indiget. Ibi
gloriosus cum capite Goliathi rediit; hic victoriâ, qua
in se ipsum triumphat, et omnium crudelissimâ exubi-
tatis clade adhuc gloriosior revertitur. Ibi commu-
nis sua gentis inimici spolia seum Ierosolymam as-
portavit; hic in coelum usque personalis inimici sui
exuvias defert. Ibi virgines et mulieres hebraea illum
hymnis et canticis excipiunt, laudesque ipsius prosequun-
tur; hic innumera beatorum Spirituum turba illum ad-
miratur, ac palam denuntiat, quod, quamvis Sauli vitam
servaverit, Iamoni tamen, qui ut ipse vindictam sume-
ret, ultrò cupiebat, lethalia vulnera inflixerit.

Flustris caverna, in qua tam miranda perasta fuerat
Caverna, à qua David egressus est cum quadam impossibili-
tis et incorruptionis specie, et similis ei, quam habuere tres
pueri illi, qui à camino ignis ardentis egressi sunt, quin
flammae, quibus circumvincti erant, illos lutigerint.

~~Caverna, in qua tam miranda perasta fuerat~~
~~Caverna, à qua David egressus est cum quadam impossibili-~~
~~titis et incorruptionis specie, et similis ei, quam habuere tres~~
~~pueri illi, qui à camino ignis ardentis egressi sunt, quin~~
~~flammae, quibus circumvincti erant, illos lutigerint.~~
Caverna, à cuius obscuris concavitatibus Splendissimum
virtutum lumen amicuit. Caverna, vocabone eam tem-
plum omnium caeremoniarum sanctissimâ conservatum,
vet theatrum gloria, quod Dei ipsius oculos in se conver-
tit? Quo nomine eam insigniam, ipse ignoro. Id solum
modo novi, in ea videlicet omnium sacrificiorum au-
gustissimum fuisse confectum, ubi Davidis cor pro al-

tari, amor pro sacrificiis, vindicta et inimicitia pro victima
fuit. *Magne Principis te satis laudare non valeo: a teneris
jam annis urso et leones prostrasti, sed multo plus egisti,
cum omnium monstrorum terribilissimum suffocasti,
nempe vindicta cupiditatem. Terra affixisti gigantem,
qui Castris Israelitis terrorem iniebat; sed in corde
tuo cupiditatem devicisti eo vehementiorem, quae omnis
aliis, praeter te, justissimam reputaret.*

XVIII.

Cum Deo vindicta cupiditatem consecras, ei omnium
sacrificiorum maximum offers, cum perfectissima tui ipsi-
us abnegatione honoras, inquit S. Basilus, Inimicus tuus
iniquis artibus te bonis tuis spoliavit, jus tuum contra illum
iudicio prosequi non vales, posses tamen alias rationibus vin-
dictam ab eo lumere: sed quia Deus id tibi vetat, in te ipso hunc
vindictae motum suffocas, ac inde eo affectus es animo, ut ea
observantia et amore, quo in illum feris, omnibus mutari non
detrectes. Inimicus tuus te atrocibus oblectationibus pros-
ciudit, cupiditas te incitat, ut oblectationes pro oblecta-
tione rapendas; sed quia Deus id tibi prohibet, sponte eidem
honorem tuum et famam ac omnia charum devotas. Et hoc in
S. Scriptura sacrificium medullatum nuncupatur. Plurimum
que in aliis quidpiam amoris proprii invenitur. Jejunas,
sed in tuis jejniis invenitur voluntas tua*. Eleemosynas
elargiris, ac naturaliter liberalis es. Laccata defles, sed
tibi tener animus. Verum quando sincerè illos diligis, qui
te odant, et pro malo, quod tibi inferant, bonum, quod
tibi non faciunt, retribuunt, tum hoc medullatum est Savi-
ficium: nec pro panis, nec voluntas, nec cupiditas ullam
in eo partem habent.

XIX.

Et istud est sacrificium, quod Deus à nobis expetit: 253.
corpora nostra molestissimis doloribus afficere potest,
potest et animas nostras cogere, ut quae eis sunt charissi-
ma illi conserent. Jus habet mentem adstringendi, ut
si cognitiones suas per fidem devoveat; jus ipsi etiam
à corde motuum suorum per amorem sacrificium ex-
petendi. Per hoc à duabus his partibus, quae ipsi in-
cedunt fuerunt, sumit vindictam; et si fides, quam
ab homine exigit, ipsius iram et amulationem signi-
fiat, prout ait Tertullianus; Dilactio inimicorum,

252.

* Holocausta
medullata
cap. 65.

* In jejniis, vestris
invenitur volun-
tas vestra.

253.

fides nostra Deum
probat zelotem
et vindictam

tantis in vestra
trius in id munde
forteque videri
estram stupentis
oluerint David
superbiam
t; quod me
ror, cum
a meo totem
ut hoc signo
des, sequer
lapidibus et
at virtute
dit; h
m
vestitur. J
um Jerosoly
personalis
at mulieres
des que ipsius
strum turba
od, quam
t yse vindicta
vera infligit
miranda par
in qualem imp
iei, quam hab
antis agrip
nt, illos latiq
ossis
tatis splen
a, vocabone
atissima con
ius oculos in
ipius ignor
sacrificium
bi Davidis cor

quam quoque expetit, vindicta est, quam de illius cor.
de sumit, quod de ipsum nimis dilaxerit.

XX.

Si nullae sunt nobis virtutes et perfectiones, nisi
quas Deus nobis exhibet et tribuit; Iantur adeo pro-
cellentes, ut oporteat illum ad nos propius accedere, qui
earumdem cognitionem nobis praebeat. An non dici
posset, quod haec virtutes sint stellis illis similes, quae
adeo sublimiores sunt, ut adeas conspiciendas necessaria
sint quadam vitra, quorum opa de earum magnitudi-
ne judicatur? Dilatio inimicorum harum sublimium
virtutum una est, necessariumque fuit, ut Deus car-
nem nostram assumeret, ut per angustum corpus
istud hujus astri motum et magnitudinem consue-
ramus, quod antea nobis vix notum fuerat.

XXI.

Possumus cum S. Bernardo velut anatomiam facere
trium diversorum cordium, cordis ethnici scilicet,
Judaei, et Christiani. S. Paulus, inquit hic S. Batus, duas
qualitates charitati tribuit, patientiam videlicet, et
mansuetudinem, Charitas patientis est, benigna est. Pa-
tientiam habuerunt ethnici, mansuetudinem Judaei:
at Christiani et ethnicos et Judaeos superaverunt, quod etiam
inimicis suis patientia et mansuetudinis signa exhiberent.

255.

Ethnici crediderunt, Deum, quia justus est, seclera
opse vindicaturum; et inde concluderunt, quod, ut ipsum
imitarentur, possent etiam injurias vindicare: Sed quia
animadvertunt, quod vindicta, quam Deus de inimicis
suis sumit, ipsius quietam minimè turbat, sibi imagi-
nati sunt, quod, cum tranquillitatem non possent, sal-
tem ipsius patientiam imitari deberent.

Judaei, quibus major Dei notitia erat, quam Ethni-
cis, animadvertunt, quod amorem suum intra Abrahae
posteritatem quodammodo circumscriberet; et quandiu
divinus hic amor in Synagoga velut inclusus se continet
Synagoga ista amorem suum ultra exiguum amicorum
suorum circulum non extendit. Judaeis equidem lingua
satis soluta erat, ut dicerent, oportet diligere: Sed non
nisi balbutienti lingua agebant, oportet inimicos diligere,
et si Davidem aliosque quosdam justos excipiamus, ubi sunt
alii, qui ipsos dilaxerint? Verum postquam Deus bonita-
tem suam in omnes mundi nationes diffudit, postquam

Præcepta bal-
butientis ethnici
benignitatis.
Sartul. l. 4. cont.
Marion. c. 17.

Gentilis aequè ac Judæus ipsius gratiarum ac Beneficiorum participus effectus est, vixi Christiani nullos Dilectionis, sua terminos ponendos esse censent. Charitas cor eorum Dilatavit, inquit S. Augustinus. Non amplius est actum illud cor, in quo soli amico locus erat; sed est latius patens cor, in quo ipsamini inimicus locum invenit.

XXII.

Cui comparo¹¹⁷⁹ hominam, qui inimicis suis bona retrahit? Aptius illum comparare non possum quam liliis unguibus spinis circumdato, inquit S. Bernardus, Ducas florem istum ab his spinis suffocatum et in frustra discartum iri, necnon in hujus Sagittarum nemoris medio nec crasera nec oborem suum diffundera posse; et tamen nequiquam obnitentibus his aculeis in altum se porrigit, et prout ut de hinc spinis se uliscatur, ipsas candore suo ornat. Pungentes spinas proprio splendore venustare non cessat.

236.

* Traité de Diligence
Jo. Des.

XXIII.

Lex vetus Sancta, justa, et bona erat, ait S. Paulus; Santa ratione preceptorum ceremonialium, quibus cultus Deo debitus imperabatur; justa ratione preceptorum juridicalium, quibus ordo justitiae prescribatur; bona ratione preceptorum moralium, quibus mores includebantur.

257.

Varium diu potest, quod Lex illa Sanctitatem, justitiam, et bonitatem istam non habuerit nisi modo imperfecto, hæque tres prerogative Legi nova reservata fuerint, quæ inimicos nostros Diligere nos jubet. Si illos amamus, tunc modo omnium Sanctissimo et perfectissimo Deum veneramus; justitiam observamus in eo, quod ipsa Difficillimum et Summè arduum continet; mores nostros et cupiditates reformamus in eo, quod sollicitissimum et maximè sensibile complectuntur.

Supplementum.

SS. Patres de amore inimicorum et condonatione injuriarum mira eloquenti sunt. Videri hæc de ra potest S. Augustinus Sermone 59. aliàs 62. de tempore. Proclarum principium statuit Ep. 192. edit. PP. Benedictinorum p. ubi ostendit; Charitatem generationem omnium varam eam esse, cui debitorum semper sumus, ut ut illam aliis exhibeamus, cum nullum detur tempus, quò ab explendis illius officiis sinus exantia; istud illam inter et alias res intercedere discrimen, quòd hæc, ubi semel soluta fuerint, non amplius obligent, ipsa autem semper subsistat, inò illius officia

258.

multiplicentur, ubi numerus eorum, in quos conferuntur, amplior evadit.

2^o Quod charitas se extendat non tantum ad amicos, sed et inimicos, cum hoc discrimine, quod respectu inimicorum sit quadam anticipatio facta cum reservatione et precautionibus; at vero respectu amicorum, sit amicitia reprobatio, qua sine reservatione respicitur.

3^o Quod hujus christiana charitatis etiam erga eos, quibus bonum pro malo retribuit, propositum sit, ut in ipsis invenire queat, quod ipsa pro illis habet. Nam cum inimicos nostros diligimus, etiam volumus, ut fiant amici nostri, si verè eos diligimus, quia ipsos amare idem est, ac optare, ut boni fiant; quales nunquam erunt, quamvis odii affectum contra nos fovébunt.

4^o Hujus charitatis non eandem esse rationem ac pecuniam, quae minuitur, cum erogatur, quia charitatem erogare idem est ac eam augere, et quemadmodum eo magis illos diligimus, quibus pecuniam largimur, quo minus de illa remissio recipienda cogitamus, sic è contra eo magis eos diligimus, qui sunt objecta charitatis nostrae, quo magis cupimus, ut paria nobis rependant.

259.

S. Prosper lib. 3. De vita contemplativa, praeclearè de charitate in genere, de ipsius excellentia, amplitudine, et regulis differit c. 13. 14. et 15.

S. Maximus Sermone de S. Stephano ostendit, quod, etiam difficillimum sit diligere inimicos, nihilominus magna praemia, quae Deus iis promittit, qui istud dilectionis officium expleverint, non Sanctorum exempla illud suavia et facile reddere debeant.

Consuli etiam hanc in rem potest S. Chrysostomus lib. 1. De compunctione cordis Hom. 15. in c. 5. Matth. Tract. De mansuetudine Tom. 5. et Hom. 10. ad Rom. et Hom. 10. in Ep. ad Romanos. S. Ambrosius Comment. in c. 13. Ep. ad Romanos. et lib. 1. Officiorum c. 5. et 6. S. Basilii Orat. 10. et 11. De odio, patientia et mansuetudine.

260.

Paraphrasia sunt ea, quae Seneca eloquitur lib. 1. De clementia c. 20. "Sicut non magni animi est, qui de alieno liberalis est, sed qui, quod alteri donat, retrahit sibi; ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis agitur, non proscindit, qui intelligit magni animi esse etiam in summa potentia pati." p.

S. Bonaventura in suis Tractatibus Spiritualibus c. 33. et 41. part. 2. loquitur de tribus diversis gradibus amoris

spiritualis erga proximum, de causis ipsam diligendi, quamvis nos odio habeat, de medijs patientiam christiana ad injurias conservandi, p.

S. Thomas de villa nova in seriam 6, post Ceneras ostendit 261.

1^o Quod mandatum dilectionis inimicorum non nisi vis arduum et impossibile appareat, qui nimis debiles et debilitati sunt, quemadmodum levissima onera infantibus aut aegris intolerabilia videntur. 2^o Quod Sufficiat Scire, Deum hoc nobis mandatum proponere, ut nobis gratum fiat, quod saepe veros inimicos nostros male diligamus, et illi, quos inimicos nostros arbitramur, re ipsa nobis majora bona nobis praestent, quam falsi amici nostri. Sic adulatorem diligimus, quoniam, quia vitis nostris applaudit, tanquam verum inimicum nostrum reputare debemus; cum à contra illa, quam ut talem respiciamus, nos cogat, ut circumspecti simus, vitia nostra emendemus, ne ullam ipsi probeamus occasionem ea nobis exprobandi. 3^o Quod diligendo inimicos nostros, de ipsis triumphum omnium nobilissimum agamus usque eo, ut eos poenitentia huius cogamus, quod inclementer nos habuerint, p. 4^o Quod odium inimicorum quatuor ingentes jacturas post se trahat; jacturam omnium nostrorum bonorum operum, jacturam quietis nostrae, jacturam fame nostrae, et jacturam gloriae nostrae, p.

D. Lanza Dominicanus Albaragini Episcopus demonstrat, quod si in uno sensu nihil difficilius sit, quam diligere inimicos, in alio nihil suavius sit, et quod si in uno sensu nihil sit, quod nobis majorem hominum contemptum conciliat, in alio nihil sit, quo efficiamur admirabiliores, et in Supremo Dei judicio mercede digniores. Reverte in omnibus justificationibus Domini, inquit ex S. Augustino in Off. 118. nihil mirabilius et difficilius, quam ut quisque suos diligat inimicos. Adducit ex S. Scriptura plura exempla et figuras, quas proposito accommodat, ut viduae, quae non habens unde creditoribus suis satisfacere, Eliseum adit, qui ei praecepit, ut, quot poterat, vana vasa afferret, quae ubi oleo impleta fuerunt, non modo solventis debitis, sed et vitae sustentationi sufficere. Omnes aere alieno graviter laboramus illo teste qui pro Domino suo decem millia talenta debebat; sed qua ratione debitis nostris liberabimur?

Oleo charitatis. Et in quid oleum istud mittemus? forte in vasa
jam plena dilectionis liberorum, fratrum, amicorum nostro-
rum? non, sed in vasa vacua, in corda inimicorum nostrorum,
qui id non merentur, et oleum istud debitis nostris exsolven-
dis sufficiet.

C. Lingendes octo sermones de dilectione inimicorum
edidit. In primo demonstrat, mandatum istud esse acquisi-
tum 1^o Quia provenit à Deo, quem tanquam Legislatorem
adire, et tanquam Judicem nostrum metueri debemus.
2^o Quia solius Dei est ulcisci injurias. 3^o Quia in hoc manda-
to res agitur boni publici et privatorum. 4^o Quia adimple-
tionem aut infractionem hujus mandati magna premia aut
magna supplicia sequuntur: et inde concludit, quod hoc man-
datum non modo absolute necessarium, sed et urgentissi-
mum sit. à pag. 388. usque ad 390.

In secundo sermone ostendit, excellentiam et perfectionem
hujus precepti supra legem naturalem et scriptam esse:
quod Deus nos adigendo ad diligendum inimicos nostros
plus à nobis exspectat, quam à Judæis et Gentilibus exegerit.
Inde sumit occasionem differendi de lege Talionis, nec non
illos refellendi, qui præstant, hinc nimis difficilia ab
ipsis postulari, illis demonstrando statum ipsorum per-
fectiorem esse statu Gentilium et Judæorum, quod ad
explendum hoc preceptum majores gratias acceperint, ipsis-
que majora premia promittantur. à pag. 390. usque ad pag.
410.

In tertio sermone hortatur Christianos ad explendum hoc
preceptum exemplis, quæ Sancti, Christus, et Deus ipsis præ-
bent.

In quarto omnes pretextus, quos politica, ratio et impi-
ditas ad se vindicandum adhibent, refert, et postmodum
eos refellit. à pag. 428. usque ad pag. 478.

In quinto injuriarum condonationem suscipit velut op-
timam et omnium vindictarum gloriosissimam. Ea enim
inimicis cause nocendi magis tolluntur, quam si ultio de
illo sumeretur; ea ipse punitur et confunditur.

In sexto probat, quod ignorare inimicos sit majus vere
fortitudinis signum, quam vindictam ab eo exproscere.

In septimo, quod venia Christiano majorem gloriam affe-
rat, quam vindicta: et in octavo loquitur de duellis, circa quæ
memorabilia et solidissima profert.

Apud P. Joly duo Sermones de hoc argumento leguntur tom. 4. pag. 372. et seq. edit. gal. In primo Statuit necessitatem et condiciones hujus precepti, et demonstrat, quod, quibusunque rationibus non obstantibus, teneamur diligere inimicos nostros; ipsos autem non diligamus, si nos damnum, quod nobis intulerunt, oblivisci, nec corde recto ipsos intueri velimus. In secundo errores recenset, qui in dilectione inimicorum occurrunt; quod, si nolimus inimicos nostros videre, nisi post exultas submissiones et satisfactiones, non nisi apparentem fucamque reconciliationem cum ipsis inire, ubi fort. nihil agere, quo perhibeamus, nullam nobis esse adversus ipsos acerbisatem, tum eos non diligamus, nosque ipsos despiciamus.

P. Basga libro in Jesus proclariis exemplis ostendit, quod virtus christiana virtuti exploratorum urbis Jericho longè dissimilis sit, hi enim Raab meretrici non nisi cā conditio-
na, ne eos proderet, vitam promiserunt; at contra Stephanus pro Saulo, qui eum persequitur orat, et Christus pro inimicis suis, prout notat S. Athanasius in Evang. passionis. In libro de Abraham adducit exemplum Isaac, qui in extranea regione non nisi per suam patientiam et mansuetudinem inimicorum suorum estimationem et observantiam sibi conciliavit, et exemplum Joseph, qui cum de fratribus suis ultionem sumere posset, flens coepit, ut lacrymis suis illorum peccatum ablueret: odium fratrum charitatis lacrymis abluerat, inquit S. Hieronymus Ep. ad Damasciadam.

Videri etiam possunt de hoc argumento ipsius Douman-
ta moralia, lib. 5. c. 6. 8. 6. c. 9. 8. 37. cap. 13. 5. 6. et 7.
Legi etiam merentur ea, quae D. Filoriot in sua in Pa-
ter noster morali hac de re locutus est.

De Avaritia

Sermo primus.

Dixit unus ex discipulis eius Judas Iscariotes, qui erat eum traditor, quare hoc unguentum non venit tricantis denariis, et datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat.
Joan. 12.

Pro feria 2.
Habdomada.
Sancta.

Videte Apostolum, qui offenditur, quia in Jesus Chris-
tum effunditur unguentum, quod malius potuisset impon-
di; audite dicentem, ibud potius vendi debuisset, ut ex eo